pleiben, die nutzen, nieſen und gebrauchen, on alle geuerde, Wir und unſer Erben ſollen undt wollen auch gedachten Eptiſſin und Conuent jren hoffzins und gulten, auch alles was ſie dan ſunſt in gnanten dorff und gericht *Daudenheim* liegendt und farendt guttern haben, nit hoher betrangen oder beſchwern dan ſie uf datum dies briefs uf jne haben oder beſchwert weren, wir unſer erben und nachkomen heiſen, beuehlen und gebietten heruf allen und iglichen unſern Burggrauen, Landtſchrybern und Fauchten die itzunt zu *Altzey* ſein und kunftig des Endts ſein werden by den pflichten, damit ſie uns gewant ſein, und jre nachkomen getrewlich ſchirmen und by dieſer verſchreibung, wie herin gemelt iſt handthaben, und zu jren rechten verſprechen, gereden und verſprechen auch in und mit crafft dis brifs, die obgenante Eptiſſin und Convent und jren nachkomen by allen ſtucken, puncten, und artickel wie obgeſchriben ſteet, darzu auch by allen jren rechten, freyheit und gnaden, die ſie herpracht han, getrewlich und ewiglichen bleiben zu laſſen, on geuerdt wer es auch das jemant wer, der

vvere

were die gnante Eptiſin und Convent oder jre nachkomen, nu oder hinfur ſchetdige oder beleidigen wolten, von der obgenanten gifft oder inſatzung wegen, das ſie uns unſer erben und nachkomen by ſich in das gnant dorff und gericht *Daudenheim* geſatzt haben oder ſie oder jr Gottshaus in einiche weis an jren rechten daſelbſt zu *Daudenheim* hindern wolten, darwidder ſollen uud wollen wir unſer Erben und nachkomen jne dem Cloſter getrewlich, beyſtendig und beholffen ſein und ſie auch dabey und widder dieſelben handthaben ſchuren und ſchirmen alle geuerde und argeliſt getreulich usgeſcheiden, und des zu urkundt haben wir unſer Inſiegel an dieſen brieff thun hencken. Datum *Heidelberg* Montag nach *Eſto michi*. (20. *Febr.*) Anno Domini Milleſimo quingenteſimo triceſimo primo.

CXL.

Wie das halb dorff Daudenheim meinem gnedigſten Herrn durch die Nonnen von Weideſs zugeſtelt worden iſt.

Wir *Appolonia von Franckenſtein* Abbatiſsen und der Convent gemeinlichen zu *Weides* by *Altzey* gelegen Men-

Mentzer Biſchthumbs bekennen und thun kundt offentlichen in dieſem brief vor uns und alle unſere nachkommen, das wir umb meherer gnaden und ſchirms willen, das unſer zu handthaben dem durchleuchtigſten hochgebornen Furſten und Herrn Herrn *Ludwigen* Pfaltzgraven by *Rein* Hertzogen in *Beyern*, des heiligen Römiſchen Reichs Ertzdruchſes und Churfurſten unſern gnedigſten lieben Herrn, und ſeiner furſtlichen Gnaden erben mit wollbedachtem mut, guten fryen wiſſen und willen unſer dorff zu *Daudenheim* by *Altzey* gelegen und das gericht daſelbſt mit leuten und aller oberkeit, herligkeit, es ſey an ſtewr, bete, frondinſt, rauch habern, faſtnacht huner felle und anefelle, freuell, bueſen, und an allen andern des gemelten dorffs zu und ingehorungen, geſucht und ungeſucht, nichts usgenomen, zum halben theill als obſtett, erblich, ewiglichen und unwidderrufflichen in crafft dies briefs, das ſein gnade und deren Erben, das mit aller gerechtigkait, oberkeit und zugehorung nichts ausgenommen zum halben theill hinfuro nutzen nieſen, geprauchen und damit thun und laſſen ſollen

len und mogen als mit andern eigen guttern ungehindert unſer unſerer Erben nachkomen, und allermenniglich es von unſernt wegen. Wir ſetzen auch dem obgenanten unſern gnedigſten Herrn und ſeine furſtlichen gnaden Erben nachkomen, vor uns und unſere nachkomen, in ſollich dorff und gerechtigkeit in rechten beſes, gewalt, nutz und gewere, wie obgeſchrieben ſteet, wir geben auch ſeiner furſtlichen Gnaden vor uns und unſere nachkomen ſollich halb theill des gemelten dorffs *Daudenheim* mit ſeiner zugehorde, wie obgemelt iſt, uff, mit mondt, mit handt, mit halm, glyckerweis, als ob das vor gericht und recht geſchehen were, und in der beſten forme, wie ordenliche und recht iſt. Bereden und verſprechen auch vor uns und unſere nachkomen in crafft dis briefs, by waren treuen und rechter gehorſamb, dies gifft, und was dieſer brieff inhelt, war, ſteet, und unverbruchlichen zu halten, und darwidder nit zu thun in keinen weg, ſonderlich durch fryheit des ordenns, gnade oder gabe mit einichen rechten, oder icht das vor geiſtlicher oder weltlicher oberkeit berure, wie des namen het, nichts

Digitized by Google

nichts ausgenomen, dan wir daruff verzihen, wie in recht gnug iſt, one alle geverde, doch haben wir herin uns vorbehalten, unſer zins und gulten und anders was wir dan vormals ſonſt jn dem gnanten dorff und gericht liegende undt farende gutter haben, und auch das die nit hoher oder weitter beſchwert oder betrengt ſollen werden, dan ſie uf dato dis briefs beſchwert ſein und ob die hoffleut uff ſollichem unſerm eigen guttern, die wir itzt hetten oder gewinnen ſolten das dieſelben unſere guettere, mit uffsatzung michellſtewr, atzung und aller anderer beſchwerung frey ledig ſein und pleiben, alles laut der verſchreibung ſo der hochgedacht unſer gnedigſter Herr uns gnediglichen daruber verſiegelt gegeben der datum ſteet uf montag nach *Eſto michi* nechſt verſchienen alles ungeverlichen und des zu urkundt, ſo haben wir Abbatiſſin egenant unſerer Aptien Jngeſiegel, und wir *Lorentz* von *Dornheim* Abt zu *Erbach* dieſer zeitt Viſitator der egenanten von *Weides*, erkennen das wir zu ſollichen egenanten Gotshaus nutz und fromen, die gnant gifft und gaben, darzu unſern gunſt,

Digitized by Google

willen und verhengnus in crafft dis brifs, und han das zu urkundt unſer Abtyenn Jngeſiegel zu ewiger beſtettigung alles obgeſchrieben ſtett, und auch von bett wegen der obgenanten Abtiſin und Convents zu *Weides* zu jrem Jngeſiegel gehangen an dieſen brief der geben iſt uff Sontag nach Sant *Gallen* tag (22. *Oct.*) Anno Domini funfzehenhundert und in dem ein und dreiſigſten jare.

Monaſteria *Daimbach* *) non procul à *Mörsfeld* & *Weidas* reditus habuêre communes teſte MSS.

Vini 2. plauſtra — ſiliginis 1391. maltra — hordei 9. maltra — ſpeltæ 57. maltra — avenæ 325. maltra. Utrumque Monaſterium cum ſuis reditibus *Fridericus* II. Elector Palatinus ex facultate à *Julio* III. PP. obtenta adſignavit *Univerſitati*, quæ eſt *Heidelbergæ*. Conf. *Acta Acad. Palat. Tom. I.* p. 387.

ABBATISSÆ IN WEIDAS.

Anno 1293. *L...*
vide ſupra ad h. a.

1485. *Margaretha Utzlingerin.*
vid. ſupra ad h. annum.

An.

An. 1531. *Appolonia de Francken-ſtein.* vid. ſupra ad h. a.

*) *Daimbach* parthenon Ord. Ciſt. circa finem ſeculi XIII. ſua ſumpſit initia; nam Cl. *de Widder* in geographica deſcriptione Palatinatûs Tom. III. p. 248. notat, quod *Wolframus de Lewenſtein* anno MCCXCVII. Kal. *Aug.* quosdam huic cœnobio legaverit reditus, qui adaucti fuère An. MCCCX, ut diſcimus è charta ſequente:

CXLI.

Quaſi Fundatio Monaſterii Deinbacenſis.

Cum dies & anni labantur & defluant veluti decurſus aquarum, & memoria hominum labilis ſit, neceſſe erat, ut facti memoria habeatur, ea que aguntur, in tempore ſcripturis autenticis perhennari hinc eſt, quod Ego *Hermannus Muckelin Miles*, & nos *Phillippus*, *Wilhelmus* & *Symon* Canonicus Wormatienſis, nati predicti *Hermanni*, univerſis Xpi fidelibus preſentem Litteram viſuris vel audituris cupimus eſſe notum, & ſubſcriptam noſcere veritatem; quod nos unanimi conſenſu, bona voluntate, & communicata manu .. *Iſengardis*, legitime mei *Hermanni* predicti, omnia bona noſtra, que habemus in loco *Degenbach*, Mog. Dioc. cum

 om-

omnibus juribus.. & attinentiis, pure, libere, ſimpliciter & irrevocabiliter, animo dominium transferendi ipſorum bonorum -- donamus glorioſe Virgini *Marie* una cum filiabus mei *Hermanni*.., ut in dicto Loco *Degenbach* Cenobium Sanctimonialium conſtruatur --- Ordinis Ciſtercienſis; in quo predicte mee filie una cum aliis Sanctimon. Deo ſervire cupientibus, --- in perpetuum famulentur. ---- Renunciavimus eciam ſimpliciter et expreſſe in preſentia Reverendi Patris & Domini, *Symonis*, quondam Epiſcopi Wormatienſis, *Emerchonis*, Scolaſtici Magunt. ejus fratris, & aliorum plurium fide dignorum, Advocatitiis juribus, conſuetudinibus, & omnibus ſervitiis, quocunque nomine cenſeantur, que nobis vel ſucceſſoribus noſtris in dicto Cenobio ratione bonorum noſtrorum predict. poſſent competere, ſeu etiam aliqualiter provenire. Jn cujus rei teſtimonium preſentem Litteram tradidimus, & tradimus, ſigillo -- Dni *Emerchonis* Scolaſtici M. nec non communi ſigillo totius proſapie *Militum de Spanheim*, quod apud *Wilhelmum Lauder*, *Militem* ad preſens eſt depoſitum firmiter communitam. Actum

&

& datum Anno . . MCCCX, in craſtino Aſſumpt. B. *Marie* Virginis. *de Gud. T. IV.* p. 1005.

Anno MCCCLXII. *Agnes* Abbatiſſa Daimbacenſis, quæ ſola nobis innotuit, parthenoni *Syon* vendidit reditus in *Rotde.* vid. documentum inter Syonenſia ad h. annum.

An. MCCCCXCIX. Decima quinta *Maji Bertholdus* Archiep. Mog. *Joanni* Abbati in *Diſibodenberg* in mandatis dedit, ut una cum *Wigando* parocho in *Moſchell* & Archipresbytero ſedis *Monſter-Apel* Monaſterium *Deymbach* inviſeret atque ad priſtinum integritatis ſtatum reduceret. vid. ſeriem Abbatum Diſibodenbergenſium.

Emphyteutæ *Univerſitatis* Heidelbergenſis bona hodie colunt Monaſterii reſidua.

MONASTERIUM VIRGINUM SYON *) ORDINIS CISTERCIENSIS.

*) Situm hujus parthenonis obſervamus propè villam *Mauchenheim* unius horæ ſpatio ab oppido *Alzeja* diſtantem. Subinde apparet ſub nomine *Seyl.* Aliud monaſterium itidem Virginum villæ ſupra memoratæ erat contiguum

Digitized by Google

ſub nomine *ad Paradiſum.* Utrique legatum in Teſtamento ſcripſit an. 1296. *Wolframus miles de Lewenſtein* dictus *der Cleyne: Jn Syon Cœnobio Sanctimonialium Ordinis Cyſterc. cum aliis progenitoribus noſtris noſtram eligimus ſepulturam & præſentibus legamus atque ordinamus dicto Cænobio in Syon de bonis in Heppenheim ſex maldra annonæ Wormatienſis menſuræ. Jtem quinquaginta talenta olei in quadrageſima, quatuordecim cappones ad infirmariam, viginti maldra avenæ ad farinam pro pulmentis. . . . Jn Mouchinheim Monialibus duo maldra perpetua. . . .* An. MCCCXI. *Joannes Comes de Spanheim* dotavit capellam in Caſtro ſuo *Crutzenachen* & legavit Conventui in *Sion* decem marcas. Jtem Conventui in *Mauchenheim* decem marcas. *Diœceſ. Mog. T. I. p.* 104. An. MCCCXXXIX. Lata eſt ſententia circa jus patronatus Eccleſiæ in *Offenheim* inter Moniales *de Paradiſo* in *Mauchenheim* & inter Abbatiam Otterburgenſem controverſum. *Monaſticon Palat. T. I. p.* 439.

Anno MCCXLVIII. *Sifridus* III. Archiepiſcopus Mogunt. Præpoſito in *Schwabenheim* committit ut in *Spiezheim* & in *Gillenheim* Eccleſias Magunt. Dyoc. *novellis plantationibus* in *Roſendal* & in *Syon* Cyſterc. Ord. in augmentum præbendarum ſuarum collatas confirmare valeat; ita quod Eccleſia in *Spiezheim* Cœnobio in *Syon* & Eccleſia in *Gillenheim* Cœnobio in *Roſendal* (Diœc. Wormat.) deputet. Chartam integram paulò infra reperies cum aliis documentis parthenonem *Syon* concernentibus.

CXLII.

CXLII.

Innocentii IV. PP. Commiſſorium Præpoſito in Suabenheim transmiſſum ſuper jure patronatus in Spiezheim.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio . . prepoſito eccleſie de *Swabeheim* ordinis Sancti *Auguſtini* Maguntinenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir *Dapifer de Alzeia* nobis humiliter ſupplicavit ut cum nobiles viri *Wolframmus* & *Embrico de Leweſtein* jus patronatus quod habent in Eccleſia de *Spizisheim* pro ſuarum animarum ſalute ſint Monaſterio Monialium in *Syon* Maguntinenſis dioceſis cujus idem *Dapifer* aſſerit ſe patronum conferre parati retinendi dictam Eccleſiam in uſus proprios eisdem Monialibus licentiam concedere curaremus. Cupientes igitur ipſius *Dapiferi* noſtri & Apoſtolice Sedis devoti preces quantum cum Deo poſſumus exaudire diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſi dicti patroni prefatum patronatus jus & dioceſanus loci predictam Eccleſiam eisdem Monialibus prout ad eos ſpectat conceſſerint, ita quod cum va-

caverit earum uſibus omnino proficiat, tum eandem Eccleſiam Monialibus ipſis auctoritate noſtra confirmes. Datum *Lugdun.* 11. Kal. *Januarii.* (31. *Dec.*) Pontificatus noſtri anno quinto.

CXLIII.

Sigefridi III. Archiep. Mog. conſenſus ad dictam confirmationem.

S. Dei gratia ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per *Germaniam* Archi-Cancellarius dilecto in Chriſto Prepoſito in *Swabeheim* Mag. Dyœc. ſalutem in Domino. Ut in *Spiezheim* & in *Gillenheim* eccleſias Mag. Dyœc. novellis plantationibus in *Roſendal* & in *Syon* Cyſtert. Ordinis in augmentum prebendarum ſuarum collatas confirmare valeas in perpetuum pleno jure, juxta quod tibi ad *Wernheri Dapiferi de Alceja* fidelis noſtri inſtantiam a ſede Apoſtolica eſt commiſſum, gratum habemus & ratum preſencium teſtimonio litterarum, ita, quod eccleſia in *Spiezheim* cenobio in *Syon* & eccleſia in *Gillenheim* cenobio in *Roſendal* deputet. Actum in Caſtris apud *Aquas* Anno Domini M°CC°XLVIII°. Kalendis *junii* (1. *jun.*) Pontificatus noſtri anno XVIII.

CXLIV.

CXLIV.

Nobiles de Lewenſtein Monaſterio Syon donant jus patronatus in Spisheim cum decimis &c.

Univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit. *Wolframus* & *Embricho nobiles de Lewenſtein* ſalutem. Notum eſſe volumus quod nos attendentes paupertatem Dominarum in *Syon* Ordinis Cyſtercienſis eccleſiam in *Spizisheim* cujus ad nos jus patronatus ſpectabat ex antiquo. Cum decimis & aliis proventibus ac reditibus ad eam pertinentibus ſicut hactenus paſtores ejusdem eccleſie hijs uſi ſunt in ſubſidium ſue ſuſtentacionis accedente venerabilis Domini *S.* Archiepiſcopi Maguntini conſenſu libere donavimus pleno jure. Jta ut cum ipſam vacare contigerit, ad eas tam ſpiritualium quam temporalium poſſeſſiio devolvatur, fecimus autem hanc donacionem manu communi & de conſenſu bono & voluntate filiorum noſtrorum videlicet *Embrichonis* & *Wolframi*, *Wolframi* & *Cunradi.* Ut autem hec rata permaneant ac perpetua preſens ſcriptum dedimus ſigillorum noſtrorum teſtimonio roboratum. Acta

ſunt

ſunt hec Anno Domini M°CC°XLVIII. VII. Kalendas *Septembris.* (26. *Aug.*)

CXLV.

C. Præpoſitus in Swabeheim Eccleſiæ in Spiezheim traditionem Monaſterio Syon factam confirmat.

Univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit *C.* Dei gratia Prepoſitus in *Swabeheim* Ordinis S. *Auguſtini* ſalutem & vitam ſempiternam. Litteras Domini Pape nos noveritis in hunc modum recepiſſe: *Innocentius....* Nos verò à jam dictis patronis ſuper collatione eccleſie memorate & à Dyœceſano loci de ſua voluntate & conſenſu ad plenum certificati, eandem eccleſiam eisdem Monialibus in *Syon,* videlicet auctoritate Apoſtolica confirmamus in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ita, ut cum vacaverit, earum uſibus proficiat omnino & ſuſtententur de ejus proventibus Deo ſervientes ibidem in perpetuum. Datum in *Swabeheim* Anno Domini M. CC. XLVIII°. II. Jdus *Octobris.* (14. *Oct.*)

CXLVI.

Digitized by Google

CXLVI.

Monaſterio Sion conſertur jus patr. Eccleſiæ parochialis Gundersheim.

Cunradus comes *Irſutus* de *Boumenburch*, *Fridericus* comes de *Hohenberch*, & *Florentius* de *Roſouwen* Sanctimonialibus religioſis Abbatiſſe & Conventui Monaſterii *Syon* ſalutem in Domino. Quia ſancta bonarum mentium deſideria ſemper ſunt ad Chriſti ſervitia promovenda ut divinis Laudibus cui ſpretis hujus ſeculi illecebris famulari elegiſtis eo ferventius intendere valeatis quo minus rerum temporalium vos premunt egeſtates jus patronatus quod in cclesia in *Gunderesheim* hactenus habebamus & ipſam eccleſiam ad honorem Dei & beate Virginis *Marie* in remedium animarum noſtrarum parentum & progenitorum noſtrorum vobis conferimus & donamus. Nos *Benedicta* conjux *C. comitis Irſuti Jutta* conjux dicti *Friderici comitis* de *Hohenberch*, & *Guda* conjux *Florentii de Roſouwen* huic donationi ſubſcribimus & eam communicata voluntate & conſenſu noſtro factam nobis ratam habemus & firmam. Jn cujus rei teſtimonium preſentem Litte-

teram ſigillis noſtris roboramus. Acta ſunt hec Anno Domini M°CC°LI.

An. MCCLII. Abbatiſſa & Conventus in *Syon* Bona in *Frymersheim*, quæ Domna *Agnes de Dydensheim* & mater ejus contulerunt, eidem *Agneti* & filio ejus *Heinrico* reſignarunt, id quod notum fecere Portenario Eccleſiæ Spirenſis Majoris. *Subſ. Dipl. T. V.* p. 302.

CXLVII.

Sibodo de Dirmſtein miles donat Monaſterio Syon jus, quod habuit in nemore Annenwelt dicto.

Ego *Sibodo miles de Dirmenſtein* conſtare cupio univerſis preſentem litteram inſpecturis, quod ob patris, matris ceterorumque parentum meorum remedium omne jus quod habeo vel habui usque modo in nemore, quod vulgariter dicitur *Annenwelt*, contuli, donavi & aſſignavi Eccleſie & Conventui in *Syon*, faciensque ipſam eccleſiam ipſius nemoris verum & perpetuum poſſeſſorem. Ut autem huic felici donationi inpoſterum voluntas continua ſuccedat, preſentem litteram dedi eidem eccleſie ſigillo Domini Abbatis de *Rodenkircha* & ſui Conventus, quia proprium non ha-

Digitized by Google

habeo, munimine roboratum. Datum & Actum Anno Domini M CC L quinto in octava Sancti *Martini* (18. *Nov.*)

CXLVIII.

Henrici militis de Yſenburc donatio mancipiorum ad Monaſterium Syon.

Noverint univerſi, quod ego *Henricus miles de Yſinburc* conſentiente uxore mea juſtina mancipia noſtra ſubſcripta *Amylium* ſcilicet & uxorem ſuam *Werendrudim de Eppelnsheim*, *Fromut* & *Juttam*, *Lyepmut*, *Benignam*, *Hedewic* & *Drutlindim* ſorores, *Fridericum* & *Albericum* fratres, *Heinricum* & *Gerhardum* fratres, *Jacobum* & *Heinricum* fratres, emancipantes, unanimiter & liberaliter cum omni jure, quod nobis in ipſis competit vel competere poſſit, contulimus & donavimus ea Eccleſie ancillarum Dei in *Syon*, ut eadem eccleſia congaudeat ſibi jure illo, quo nos uſi fuimus in mancipiis prelibatis. Teſtes hujus donationis: *Ulricus* Sacerdos de *Hylwilre*. *Dyetericus de Rode*, *Bertholdus de Scipherſtat*. *Waltherus* filius *Snitelini*, *Meinhardus de Durinkheim milites*. *Alradus*, *Wezelo*, *Heinri-*

ricus, *Hartmann Burchart* & *Burchardus* proviſor premiſſarum ancillarum Dei & univerſitas ville in *Kyrwilre*. Rogatus igitur a Nobis venerabilis Dominus Abbas in *Lympurc* ſigillo ſuo litteram hanc communivit. Actum Anno Domini Milleſ. CC. quinquageſimo octavo, menſe *Auguſto*.

CXLIX.

Simon Comes in Sponheim qua Dominus directus conſentit in donationem juris patronatus in Spiesheim Monaſterio in Syon factam per Wolframum & Embrichonem de Lewenſtein.

Nos *Simon Comes in Spanheim*. Noverint univerſi, quod cum *Wolframus* & *Embricho de Lewenſtein* paupertatem Dominarum in *Syon* attendentes Ordinis Cyſtertienſis eccleſiam in *Spiezheim* cum decimis & aliis proventibus & redditibus univerſis ad eam pertinentibus, ſicut hactenus paſtores ejusdem eccleſie uſi ſunt in ſubſidium ſue ſuſtentationis, accedente venerabilis Domini *S*. Archiepiſcopi Moguntini conſenſu liberè donaverunt pleno jure, ita tamen, ut cum vacare contigerit, ad eas tam ſpiritualium quam temporalium poſſeſſiio devol-

volvatur. Nos, quum a Nobis ipſum jus patronatus conferendi deſcendit, eccleſie ipſius & a Nobis habent & detinent & quia poſſident jure feodali, donationem hujusmodi per eos factam, gratam & ratam habentes, noſtrum adhibemus conſenſum libere & jus quod Nobis competit vel competere poſſet in collatione ipſius eccleſie & in ipſa eccleſia conferimus, in ſuſtentationis predictarum ſubſidium Dominarum. Ut autem hec rata permaneant, preſens ſcriptum ſigilli noſtri teſtimonio roboramus. Actum Anno Domini M°CC°LX°. II. kal. *Maji.* (30. *Apr.*)

An. MCCLXV. III. Jdus *Martii Wernerus* Archiep. Moguntinus Abbatis Eberbacenſis curæ in ſpiritualibus committit Monaſterium *Syon. Nova Subſid. Dipl. T. IV. præfat.* p. XXXIV.

CL.

Wernheri Archiep. Mog. confirmatio Eccleſiæ in Spiezesheim pro Monaſterio in Syon.

W. Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiep. ſacri Imperii per *Germaniam* Archi-Cancellarius dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe totique Conventui

Monaſterii in *Syon* Ciſterc. Ord. noſtre Dioc. ſalutem in Domino. Juſtis petencium deſideriis dignum eſt Nos facilem prebere conſenſum... Hinc eſt, quod cum felicis recordationis *Innocentius* Papa eccleſiam de *Spiezesheim*, cujus *Wolframus* & *Embricho de Lewenſtein* patroni ipſius Eccleſie jus patronatus, quod habebant in ea, contulerunt pro ſuorum remedio peccatorum veſtro Monaſterio, vobis fecerit per Prepoſitum Suabeheimenſis Eccleſie confirmari & pie memorie patruus noſter tunc Archi-Epiſcopus Maguntinus *Sifridus* ſuum vobis conſenſum preſtiterit, ut ipſam eccleſiam ad uſus veſtros pleno jure habeatis, nos ad devotam veſtram ſupplicationem, quantum in nobis eſt, ſimiliter conſentimus, ut ſicut tradita & confirmata eſt, vobis eccleſia memorata, ſic eam in perpetuum habeatis, noſtro & Archidiaconi jure per omnia nobis ſalvo. Datum *Maguntie* XI. Kal. *Octobris* (21. *Sept.*) Anno Domini M.CC.LXVIII.

CLI.

Digitized by Google

CLI.

Abbas in Münster Treiſa commonet Prepoſitum S. Pauli Wormat. ne perturbet in poſſeſſione Eccleſie in Gundramesheim Monasterium in Syon.

Reverendo Domino ſancti *Pauli* Wormat. Prepoſito humilis Abbas Monaſterii in *Münster Treiſen* Mogunt. Dyoc. judex ſeu conſervator a Sede Apoſtolica conſtitutus ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Quia nobis Abbatiſſa & Conventus Monaſterii in *Syon* conqueſtione monſtrarunt, quod vos ipſas in poſſeſſione parochialis Eccleſie in *Gunderamesheim* ſibi pie collata a nobilibus viris *Conrado* & *Friderico Comitibus* & *Florencio milite de Roſawe* nec non à venerabili patre *Richardo* olim Wormatienſi Epiſcopo confirmata intenditis de facto perturbare. Cum igitur a Sede Apoſtolica ſuper predicta Eccleſia & aliis collatio dicto cenobio & conferendis ſumus conſervator conſtitutus, reverenciam veſtram duximus premonendam, ne, quod abſit, prenotatas Abbatiſſam & Conventum in poſſeſſione ſepe dicte Eccleſie aliquatenus perturbetis, alioquin contra vos ſecundum mandatum Apoſtolicum

procedere nos oportet. Datum Anno Domini M. CC. LXVIII. XVI. Kal. *jan.* (17. *Dec.*)

CLII.

Conſenſus Archidiaconi ſuper Eccleſia in Spiesheim datus Monasterio Syon.

S. Dei gratia Prepoſitus Majoris Eccleſie Moguntine dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe totique Conventui Monaſterii in *Syon* Cyſt. Ord. Mogunt. Diœc. ſalutem in Domino. Juſtis petencium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que à racionis tramite non diſcordant effectum proſequente complere, hinc eſt, quod cum felicis recordationis *Innocentius* Papa Eccleſiam de *Spiezesheim*, cujus *Wolframus* & *Emercho de Lewenſtein* patroni ipſius eccleſie, jus patronatus, quod habebant in ea contulerunt pro ſuorum remedio peccatorum veſtro Monaſterio vobis fuerit per Prepoſitum Suabeheimenſis Eccleſie confirmari & pie memorie venerabilis Pater noſter Archiepiſcopus Moguntinus *Sifridus* ſuum vobis conſenſum preſtiterit, ut ipſam eccleſiam ad uſus veſtros pleno jure habeatis, nos ad

ad devotam veſtram ſupplicationem, quantum in nobis eſt, ſimiliter conſentimus, ut ſicut tradita & confirmata eſt vobis eccleſia memorata, ſic eam in perpetuum habeatis, venerabilis Patris noſtri Archiepiſcopi Moguntini & noſtro jure per omnia nobis ſalvo. Datum *Maguntie* VIII. Kal. *Marcii* (22. *Febr.*) Anno Domini M°CC°LXX°.

CLIII.

Heinrici Comitis de Sponheim litteræ feudales de jure patronatus & decimæ in Spiesheim Wolframo de Lewenſtein datæ.

Nos *Heinricus Comes de Spanheim* Univerſis preſentibus & futuris cupimus eſſe notum, quod *Wolframo* dicto *magno militi de Lewenſtein* jus patronatus ac decimam eccleſie in *Spizheim* jure conceſſimus feodali juſtam warandiam per preſentes preſtantes eidem loco & tempore oportuno, quia id noſtra dinoſcitur intereſſe. Datum Anno Domini M°CC°LXXV°. in vigilia beati *Andree* Apoſtoli. (29. *Nov.*)

CLIV.

C. Præpoſitus in Swabeheim, præter ſuperius jam dicta, Hugonem Presbyterum à Monialibus in Syon ad Eccleſiam in Spiezheim preſentatum in perpetuum Vicarium confirmat.

Univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit. Dei gratia Prepoſitus in *Swabeheim* Ordinis Sancti *Auguſtini* ſalutem & vitam ſempiternam. Litteras Domini Pape nos noveritis in hunc modum recepiſſe. *Innocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio . . Prepoſito eccleſie de *Swabeheim* Ordinis Sancti *Auguſtini* Maguntinenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, dilectus filius nobilis vir, *Dapifer de Alceia* nobis humiliter ſupplicavit, ut cum nobiles viri *Wolferammus* & *Embricho de Lewenſtein* jus patronatus, quod habent in Eccleſia de *Spiezheim* pro ſuarum animarum ſalute ſint Monaſterio Monialium in *Syon* Maguntinenſis Dioceſis, cujus idem *Dapifer* aſſerit ſe patronum conferre parati retinendi dictam eccleſiam in uſus proprios eisdem Monialibus licentiam concedere curaremus, cupientes igitur ipſius *Dapi-*

piſeri noſtri & Apoſtolice Sedis devoti preces quantum cum Deo poſſimus exaudire, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi dicti patroni prefatum patronatus jus & Dyoceſanus loci predictam eccleſiam eisdem Monialibus prout ad eos ſpectat conceſſerint, jta ut cum vacaverit earum uſibus omnibus proficiat, tu eandem eccleſiam Monialibus ipſis auctoritate noſtra confirmes. Datum *Lugdun.* II. Jdus *januarii* Pontificatus noſtri anno quinto. Nos vero à jam dictis patronis ſuper collatione eccleſie memorate & de voluntate & conſenſu Dyoceſani ad plenum certificati eandem eccleſiam eisdem Monialibus in *Syon* videlicet auctoritate Apoſtolica confirmamus jn nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Jta ut earum uſibus proficiat omnino & ſuſtententur de ejus proventibus Deo ſervientes ibidem *Hugonem* etiam Presbyterum nobis à jam dictis Monialibus ad jam dictam eccleſiam in *Spiezheim* preſentatum in perpetuum Vicarium confirmamus ac preſentibus inveſtimus auctoritate Apoſtolica nobis data, actum anno Domini M° CC° LXXV. XVI. Kal. *Decembris.* (16. *Nov.*)

CLV.

Schedula appellationis Heinrici Clerici de Alſenzen contra Abbatiſſam & Conventum in Syon eccleſiam in Spizeshcim concernens.

Quia vos Domine ... officialis Domini Prepoſiti Moguntini in cauſa, que vertitur inter me Dominum *Heinricum* Clericum de *Alſenze* ex parte una, & Abbatiſſam & Conventum de *Syon* Ord. Cyſterc. ſuper eccleſiam in *Spiziſheim* Mog. Diœc. ex altera ſententiam diffinitivam iniquam pro ipſa Abbatiſſa & Conventu dediſtis & contra me. Ego *Heinricus* ab illa ſententia iniqua ſedem Apoſtolicam in hijs ſcriptis appello & Apoſtolos peto cum inſtantia, quos ſi mihi denegaveritis, iterum appello ..., ſuper hoc teſtimonium preſentium Dominorum. Lecta eſt hec appellatio anno Domini M°CC°LXXVI. feria quinta proxima poſt Nativitatem beate Virginis. (10. *Sept.*) Præſentibus venerabilibus *Henrico* Cuſtode S. *Albani*.. Decano S. *Johannis* Mogunt. *Henrico* Scolaſtico S. *Stephani* Mog. Magiſtro ... Scolaſtico S^ti^ *Johannis*, Magiſtro *Petro* Canonico S. *Petri* Mog. & Magiſtro *Go-*

de-

defrido Canonico S. *Johannis* & *Jacobo* Vicario eccleſie S. *Stephani* Mogunt. nos ſupradicti confitemur, Dominum *H.* predictum in clauſtro S. *Johannis* Mogunt. Officiali ſupradicto die.. anno Jncarnationis Domini ſupra ſcripto appellaſſe. Ego *Jacobus* quia ſigillum proprium non habeo &c. &c.

CLVI.

Monaſterio in Syon adjudicatum eſt jus patronatus in Spiesheim.

Jn nomine Domini amen. Officialis Domini Prepoſiti Maguntinenſis in cauſa que inter *Heinricum* Presbyterum de *Alzence* ex parte una & Syndicum ſive Procuratorem Monaſterii de *Syon* ex altera ſuper Eccleſiam de *Spizheim* coram Nobis oblato libello lite legitime conteſtata productis inſtrumentis & teſtibus datis rationibus & allegationibus ab utraque parte & in negocio plene concluſo, & juris ordine in omnibus obſervato, quia invenimus Syndicum dicti Monaſterii intentionem ſuam plene probaviſſe & rationes ejusdem efficaciores eſſe, rationibus *Heinrici* predicti habito jurisperitorum conſilio per diffinitivam ſententiam predictam eccleſiam de *Spiz-*

heim & jus patronatus ejusdem adjudicamus Monaſterio de *Syon* predicto ipſi *Heinrico* ſuper ipſam Eccleſiam perpetuum ſilentium imponentes reſervato Syndico Monaſterii predicti legittima petitione expenſarum in ipſa lite factarum. Lata eſt hec ſententia Anno Domini M°CC°LXXVI. feria quinta proxima poſt Nativitatem beate *Marie* Virginis. (10. *Sept.*)

CLVII.

Extractus Inſtrumenti probationis de juribus Monaſterii Syon in Spiezheim.

Jntendit probare Syndicus Monaſterii in *Syon*, quod *Embricho* & *Wolframus milites de Lewenſtein* fratres nunc mortui erant veri patroni eccleſie in *Spizheim*, id eſt jus patronatus ipſius eccleſie ſpectabat ad ipſos. Jtem intendit probare Syndicus predictus per juramentum, quod dicti *milites Embricho* & *Wolframus de Lewenstein* jus patronatus dicte Eccleſie in *Spizheim* contulerunt Monaſterio propter Deum. Jtem quod hoc fecerunt dicti *milites*, ſunt viginti anni & amplius, *Wolframo* nunc *milite* filio predicti *Embrichonis* ſciente.

te. Jtem quod de conſenſu *Simonis Comitis de Sponheim* nunc mortui collacio dicti juris patronatus facta eſt dicto Monaſterio ac etiam de conſenſu *Johannis Comitis* nunc *in Sponheim* filii predicti *Simonis.*

Wolframus Major de Lewenstein miles poſuit & reſpondit: ſi *Embricho* & *Wolframus milites de Lewenstein* fratres nunc mortui fuerunt veri patroni eccleſie in *Spiezheim* id eſt, quod jus patronatus eccleſie ipſius ſpectabat ad ipſos, dicit quod ſic .... dicit etiam, quod hujusmodi collacio, ſi qua facta fuit, vigorem non habeat, quia preter conſenſum Domini feodi videlicet Domini *Johannis Comitis de Spanheim* ſenioris facta fuit, ſi facta eſt, ſic idem *Comes* ſibi *Wolframo* teſti dixit ... Jtem ℞ unde ſciat, quod feodum ab ipſo (von dem Graf *Johann von Sponheim*) deſcendat? dicit, quod duo fuerint fratres *de Spanheim*, videlicet *Johannes* predictus & alter *Simon* nomine, inter quos *Johannes* fuit ſenior, a quo tanquam ſeniore miniſteriales ſua feoda recipere conſueverunt. Jtem dicit, quod juxta conſuetudinem terre ſeniores inter Dominos feodi feoda porrigere & ſeniores inter

re-

recipientes recipere conſueverunt. Jtem ℞: ſi de conſenſu *Simonis Comitis de Spanheim* defuncti collatio dicti juris patronatus facta ſit Monialibus in *Syon* ac etiam de conſenſu *Johannis Comitis in Spanheim* filii predicti *Simonis*, dicit ſe nihil inde ſcire, ſed dicit, quod illo tempore quum collacio facta ſit Monialibus in *Syon*, ſi qua facta eſt, neque pater ſuus neque patruus ſuus aliquid habuerint à Domino *Simone Comite* prenotato, ſed poſtmodum idem *Comes* quondam ſummam pecunie dedit patruo ſuo ut omagio ſuo ſibi eſſet aſtrictus, quam pecuniam nulla racione ſibi dediſſet, ſi *ſuus homo* ſive *miniſterialis* ante fuiſſet, *Embricho de Lewenſtein miles* poſitus & ℞ ſuper intencione & intencionibus Monaſterii in *Syon*, dicit, quod audivit à patruo ſuo, quod feudum ipſius, quod haberet à Domino *de Sponheim* deſcenderet à Domino *Johanne Comite ſeniore de Sponheim* & quod ipſe *Embricho* teſtis feoda ſua recepiſſet ab ipſo & non à Domino *Simone* fratre ipſius, etiam dicit, quod idem Dominus *Simon* dedit patruo ſuo *Wolframo* centum libras hallenſium aut quinquaginta libras hallenſ. ut ſuus eſſet miniſterialis, ut

ut verius recolit. Etiam ℞ ſi de conſenſu Domini feodi dicta Eccleſia in *Spiezheim* collata fuerit Monialibus in *Syon*, dicit, quod de conſenſu Domini *Johannis de Sponheim* ſenioris defuncti nihil ſcit, ſed intellexit quod Dominus *Simon* frater ipſius etiam defunctus & *Johannes* filius *Simonis* nunc *Comes in Spanheim* in ipſam collacionem conſenſerunt.

Wolframus minor de Lewenstein miles frater *Embrichonis* producit poſitus & ℞ dicit, quod audivit dici, quod diviſio facta fuit inter *Johannem* & *Simonem* fratres *de Spanheim*, & quod tercia pars vaſallorum ſive miniſterialium & comicia remanſerunt Domino *Johanni* ſeniori & due partes Domino *Simoni* juniori. Jn aliis omnibus concordat cum *Embrichone* fratre ſuo, excepto eo, quod nullum feodum recepit a Domino *Johanne* & quod Dominus *Simon* frater ipſius *Johannis* L libras hallenſ. dedit fratri ſuo, ut ſuus eſſet miniſterialis de centum libris hallenſ. non meminit.

Bertholdus de Epilsheim miles poſitus & ℞ dicit, quod quadam vice venit cum ſocero ſuo ad Dominum *Johannem Comitem de Spanheim* defunctum, quo me-

Digitized by Google

mediante rogavit eum, ut mediam partem juris patronatus eccleſie in *Engirsheim* & IIII. uncias Wormatienſium denariorum ſibi concedere vellet in feodo, reſpondit ei & dixit, quod libenter faceret, ſi pluris eſſet, ſed de jure non poſſet, quia nihil juris haberet in eo, ſed *Simon* frater ſuus haberet hoc concedere racione diviſionis facte inter eos. Dicebat etiam idem *Johannes Comes*, quod Dominium ſuper *Moſellam* ſibi in diviſione & *Simoni* fratri ſuo circa *Spanheim* ceſſiſſet.

Wernerus de Lewenstein Canonicus Moguntinus poſitus & ℞ dicit, quod *Embricho* & *Wolframus milites de Lewenstein* fratres nunc mortui erant veri patroni eccleſie in *Spiezheim*... Jtem ℞ quis ſit Dominus vel fuerit, a quo feodum deſcendit, dicit, quod fratres ſive *Comites de Spanheim*.. ℞ quomodo hec ſunt? dicit, quod ita a patre ſuo & ab aliis intellexit. Jtem ℞ ſi unus vel plures fuerint vel ſint Domini feodi? dicit quod neſcit, utrum unus vel plures ſint. Jtem ℞ à quo fratre miniſteriales conſueverint recipere feoda ſua? dicit quod neſcit. Jtem ℞ ſi à ſeniore Dominorum feodi juxta conſuetudinem terre miniſte-

ſteriales feoda ſua debeant recipere? dicit ſe de conſuetudine illa parum ſcire, ſed dicit quod vidit, quod miniſteriales fratrum ſuorum tam à ſeniore quam à juniore feoda ſua receperint.

Jntendit probare *Heinricus de Alſenzen*; quod ipſe eſt preſentatus ad Eccleſiam in *Spiezheim* à *Wolframo milite de Lewenstein*, qui eſt verus patronus ejusdem eccleſie.

Wilhelmus miles dictus *Landere de Spanheim* primus teſtis poſitus & requiſitus ſuper intencione premiſſa dicit de preſentatione *Henrici de Alſenze* facta ad Eccleſiam in *Spizheim* à *Wolframo milite de Lewenstein* ſibi nil conſtare, ſed dicit, quod *Wolframus miles de Lewenstein* predictus ſit verus patronus predicte Eccleſie in *Spiezheim*. ℞ quum hoc ſciat, dicit, quod ſcit ex eo, quod *Emercho* pater dicti *Wolframi de Lewenstein* & *Wolframus* frater ejusdem *Embrichonis* habuerunt & receperunt jus patronatus dicte eccleſie in feodo à *Johanne Comite ſeniore de Spanheim* vero Domino ejusdem feodi nunc defuncto. Jtem dicit, quod iſte *Wolframus de Lewenstein* dictum jus patronatus eccleſie in *Spiezheim* in feodo recepit

à

Digitized by Google

à *Heinrico Comite* de *Spanheim* nunc vivente filio dicti *Johannis* Comitis defuncti & dicit ſe non vidiſſe, ſed dicit ſe veraciter intellexiſſe, ita quod de eo non dubitet, & dicit, quod pro certo ſcit, quod *Heinricus* Comes predictus nunc vivens hoc non diffitetur. ℞. cum ſcit, quod *Embricho* pater *Wolframi de Lewenstein* predicti & *Wolframus* frater ſuus receperunt & habuerunt in feodo dictum jus patronatus à *johanne Comite ſeniore de Spanheim* defuncto, dicit, quod non vidit, nec meminit propter diuturnitatem temporis, quod ipſi ab eodem Comite *johanne* dictum jus patronatus receperunt in feodum, ſed dicit ſe veraciter intellexiſſe à ſuis antiquioribus, quod *Embricho* pater dicti *Wolframi* & *Wolframus* frater ſuus habuerunt & receperunt in feodum jus patronatus predictum à dicto *johanne* Comite defuncto & quod eorundem *Embrichonis* & *Wolframi* fratrum progenitores dictum jus patronatus habuerunt in feodo à progenitoribus dicti *johannis* Comitis defuncti. Jtem ℞. quum ſciat, quod *johannes Comes ſenior de Spanheim* predictus fuerit verus Dominus juris patronatus predicte eccleſie in *Spizheim*, dicit,

cit, quod á ſuis antiquioribus veraciter intellexit, ita eſſe & quod ab omnibus vaſallis pro vero Domino feodi juris patronatus predicti habeatur, eo quod ipſe *johannes* Comes erat antiquior fratre ſuo *Simone* & omnes vaſallos ſuos & alia omnia jura feodalia habebant indiviſa, quare ipſe *johannes* Comes ſenior pro vero Domino feodi iſtius juris patronatus habeatur. Jtem dicit, quod pro certo ſcit & veraciter intellexit. &c.

Dicit quod in diviſione facta inter predictum *Wolframum* & filios patrui ſui ſuper quibusdam rebus inter eos dividendis eccleſia in *Spizheim* cecidit ipſi *Wolframo* pro parte ſua. ℞ quum hoc ſciat, dicit, quod hec veraciter intellexit. Jtem dicit, quod ipſe *G.* (*Godefridus miles de Randecke*) teſtis feodum, quod habet à Domino *de Spanheim* defuncto & non à fratribus ipſius; conſuetudine porrigendi feoda ac recipiendo eadem, concordat cum *Wenzone* & *Wenzone* teſtibus ſupra notatis. &c. Actum Anno Domini M°. CC. LXXVI. IIII. idus *junii*. (10. *jun.*)

Digitized by Google

CLVIII.

Johannes Comes de Sponheim conſentit in donationem eccleſiæ in Spiesheim à Wolframo & Embrichone de Lewenstein Monasterio in Syon factam.

Nos *Johannes Comes in Spanheim.* Noverint univerſi, quod cum *Wolframus* et *Embricho de Lewenstein* paupertatem Dominarum in *Syon* attendentes Ordinis Cyſterc. Eccleſiam in *Spiesheim* cum decimis et aliis proventibus ac redditibus univerſis ad eam pertinentibus ſicut hactenus paſtores ejusdem eccleſie hijs uſi ſunt in ſubſidium ſue ſuſtentacionis accedente venerabilis Domini *S.* Archiepiſcopi Magunt. conſenſu libere donaverint pleno jure, ita ut cum ipſam vacare contigerit, ad eas tam ſpiritualium quam temporalium poſſeſſio devolvatur, Nos, quia a Nobis ipſum jus patronatus conferendi deſcendit Eccleſie ipſius et à nobis habent et detinent, et qui poſſident jure feodali, donacionem hujusmodi per eos factam, gratam et ratam habentes noſtrum adhibemus conſenſum libere, et jus quod nobis competit vel competere poſſet, in collacione ipſius eccleſie et in ipſam eccle-

cleſiam conferimus in ſuſtentationis predictarum ſubſidium Dominarum. Ut autem hec rata permaneant, preſens ſcriptum Sigilli noſtri teſtimonio roboramus. Actum Anno Domini M°CC°LXXVI.

CLIX.

De bonis in Triburio venundatis Domui Theutonice Moguntine a Conventu Syon.

Nos *Gertrudis* Abbatiſſa, *Benigna* Prioriſſa, totusque Conventus Sanctimonialium in *Syon* Ordinis Cyſterc. Moguntine dioc. Recognoſcimus, preſentibus Litteris publice proteſtando, quod de communi conſenſu et unanimi voluntate Domini *Criſtiani*, Abbatis noſtri de *Vilerio* Ord. Cyſt. Metenſis dioceſis, cui ſubeſſe dinoſcimus quoad ſpiritualia, nec non *Maſungi*, univerſa bona noſtra in *Triburio* ſita vendidimus Commendatori et Fratribus *Domus Theutonice* in *Maguntia*, eodem jure proprietatis videlicet, quo nos poſſedimus nulli prorſus ſervicio ſubjecta, pro LXXX marcis denariorum Colon. legalium et bonorum - -, quam pecuniam recepimus, in utilitatem noſtre Eccleſie convertentes, renunciantes exceptioni pecu-

cunie non recepte, non numerate, et omni auxilio juris, Canonici et civilis; nec non actioni, que occaſione vendicionis hujusmodi nobis poſſet competere contra ipſos. Jn cujus rei teſtimonium et debitam firmitatem, preſentem Litteram Sigillo noſtro fecimus communiri. Actum in *ſuperiori Flersheim* apud *Wormaciam*, Anno - - MCCLXXVII. X. Kal. *Maii*.

CLX.

Arbitrium inter Monasterium in Syon & Wolframum militem de Lewenstein dictum Magnum ſuper Eccleſia in Spizheim.

Jn nomine Domini amen. Frater *Henricus* Dei gratia dictus Abbas de *Wernswilre* Ciſterc. Ord. *Simon* Prepoſitus de *Hegene* Ord. S. *Augustini* et *Embricho de Lewenstein*. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod cum intra venerabilem Dominam Abbatiſſam et Conventum Monaſterii in *Syon* Ord. Cyſterc. Mog. Diœc. ex parte una et *Wolframum militem de Lewenstein* dictum *Magnum* ex altera ſuper eccleſia in *Spizheim* et jure patronatus ejusdem eccleſie jam dudum queſtio verte-

re-

retur, eedem partes in nos tamquam in arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores compromittere convenerant, nosque recepto in Nos arbitrio ſeu compromiſſo diligenti inquiſitione facta, viſis inſtrumentis univerſis et munimentis ac proceſſibus habitis... coram officiali Domini Prepoſiti Mogunt. habito jurisperitorum conſilio, quia invenimus dictum Monaſterium plenum jus habere et predictum Officialem rite et rationabiliter proceſſiſſe et ſententiam diffinitivam juſtam et æquam pro dicto Monaſterio et contra predictum *Wolframum* protuliſſe, memorato Monaſterio predictam eccleſiam et jus patronatus ejusdem eccleſie per diffinitivam ſententiam adjudicamus.. prefato *Wolframo* perpetuum ſilentium imponendo .. Jn cujus rei teſtimonium Sigillis noſtris communiri fecimus preſens ſcriptum. Actum Anno Domini M.CC.LXXIX. VII. Jdus *Nov.* (7. *Nov.*) *)

*) Extat aliud inſtrumentum an. 1279. in die octavarum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum (6. *Jul.*) ab ijsdem *Henrico* Abbate Werniswillarienſi & *Emmichone de Lewenſtein* in eadem cauſa datum, quo Abbatiſſa in *Sion G.* & *Wolframus miles* dictus *longus* nominantur.

Digitized by Google

CLXI.

Fratres de Lewenstein ratam habent donationem juris patronatus in Spisheim & dimidietatis decimæ Monasterio in Sion factam à progenitoribus ſuis.

Emicho & *Wolframus minores* fratres et *Wolframus magnus milites* dicti *de Lewenstein* Noverint univerſi preſentium inſpectores quod cum *Wolframus* et *Emicho de Lewenstein* noſtri progenitores paupertatem Dominarum Monialium in *Sion* Ordinis Ciſtercienſis attendentes eccleſiam in *Spizheim* & jus patronatus cum dimidietate totius decime dicte ville et aliis proventibus ac redditibus univerſis ad eam pertinentibus in ſubſidium ſue ſuſtentationis accedente venerabilis Domini *S.* Archiepiſcopi Maguntinenſis conſenſu libere donaverint in perpetuum pleno jure. Nos hujusmodi donationem tam piam licitam et honeſtam ratam et gratam habemus et ipſam pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus preſentibus approbamus. Jn cujus rei evidens teſtimonium preſentes litteras Sigillis noſtris dedimus ſigillatas. Datum Anno Domini M. CC. LXX°IX°. II. Kal. *Decembris* (30. *Nov.*)

CLXII.

CLXII.

Henrici Comitis in Spanheim conſenſus in donationem eccleſiæ in Spizheim & decima pro Monaſterio Syon.

Nos *Henricus Comes in Spanheim*. Noverint univerſi, quod cum *Wolframus* et *Embricho de Lewenſtein* paupertatem Dominarum in *Syon* attendentes Ordinis Ciſterc. eccleſiam in *Spizheim* cum dimidietate totius decime dicte ville et aliis proventibus ac redditibus univerſis ad eam pertinentibus ſicut hactenus paſtores ejusdem eccleſie hijs uſi ſunt in ſubſidium ſue ſuſtentationis, accedente venerabilis *S.* Archiepiſcopi Maguntini conſenſu libere donaverunt pleno jure, ita, ut cum ipſam vacare contigerit, ad eas tam ſpiritualium quam temporalium poſſeſſio devolvatur. Nos quia à Nobis ipſum jus patronatus conferendi deſcendit eccleſiæ ipſius et a nobis habent et detinent, qui poſſident jure feodali, donationem hujusmodi per eos factam gratam et ratam habentes, noſtrum adhibemus conſenſum libere et jus quod Nobis competit vel competere poſſet in collatione ipſius Eccleſie et in ipſa eccleſia conferimus in ſuſten-

tationis predictarum ſubſidium Dominarum. Ut autem hec rata permaneant, preſens ſcriptum Sigilli noſtri teſtimonio roboramus. Datum Anno Domini M. CC. LXXX.

CLXIII.

Donatio Gertrudis viduæ Militis dicti Atze in Heimersheim Monasterio Syon facta.

Ego *Gertrudis* relicta *johannis* quondam *Militis* dicti *Atze* omnia et ſingula bona mea et puerorum meorum ſita in terminis ville *Heimersheim* Magunt. Dyoc. cum eorundem bonorum pertinencijs univerſis do, deputo et aſſigno Abbatiſſe et Conventui Cenobii in *Sion* dicte Dyoc. et *Hildigundi* filie mee Moniali ejusdem Cenobii transfero et tranſigo in easdem meo et predictorum meorum nomine puerorum ſimpliciter propter Deum, promittens Abbatiſſe et Conventui ac *Hildegundi* predictis efficaciter procurare, quod ijdem pueri mei etiam ipſis reſignent et dent communiter dicta bona in judicio dicte ville obligans eis fidejuſſores ſubſcriptos in ſolidum ſuper eo, videlicet honorabiles viros *Wernherum de Lewenstein* et *Emicho-*

chonem Archipresbyterum Canonicos Eccleſie Moguntine. Jn quorum omnium premiſſorum evidenciam et perpetui roboris firmitatem do et procuro eisdem Abbatiſſe, Conventui ac etiam *Hildegundi* preſentes litteras Sigillo venerabilium Dominorum Judicum ſancte Moguntine ſedis ad preces meas munitas &c. Actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXXXVIII. nonis *Decembris* (5. *Dec.*)

CLXIV.

Philippi de Bolanden confirmatio venditionis bonorum in Uffenheim.

1295.

Ph. de Bolandia .. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod cum *Herdegenus miles de Uffinheim*, dictus *Buſch* ac *Werner de Dirminstein* dictus *Buſch* fratrueles prefati *Her*: accedente conſenſu eorundem ultraneo ac reſignacione libera indulſerunt et annuerunt pari voto, quod ſtrenuus miles *C.* dictus *de Durincheim* cuncta bona ſua ſita in terminis ville *Uffinheim* religioſis Dominabus Abbatiſſe et Conventui in *Sion* vendidit ac proprietatis titulo aſſignavit, ſic videlicet, quod nec nos nec *Her.*

prefatus aut ſui participes ſeu heredes eorundem impoſterum, qui a Nobis jus advocatie prefate villule poſſident titulo feodali unquam à prefatis bonis exigent aliquam ſervitutem, quam prefati vel nos poſſimus extorquere, conſuetudine vel de jure, preter hoc ſolum, quod inquilini ibidem Dominarum predictarum dicti vulgo *Halbwerthin*, dummodo non ſint de earum familia, pullum et maldrum avene annuo more aliorum inibi reſidencium perſolvere tenebuntur, quam vendicionem, reſignacionem ſeu manumiſſionem inclinati precibus votivis earundem, tenore preſencium ſtabilimus ac in evidens teſtimonium manumiſſionis noſtre, preſens ſcriptum prenotatis partibus contulimus noſtro Sigillo pendulo conſignatum. Datum per manum *H.* Notarii Anno Domini M. CC. Nonageſimo V. craſtino *Inventionis* S. *Crucis*. (4. *Maji.*)

CLXV.

Jus patronatus in Offenheim adjudicatur johanni de Randeck.

Quæ geruntur in tempore, labi ſolent.. injuria temporis, ſi non litterarum memoria perhennentur. Ad notitiam

tiam igitur omnium preſens ſcriptum intuentium cupio pervenire Ego *Wernherus miles* dictus *Wintherus* de *Alzeia* publice proteſtando, quod cum diſcordia ſive diſſentio inter Dominum *de Randeck militem* ex una parte et *Wilhelmum* dictum *Lettho de Alzeia* ex altera ſuper jure patronatus Eccleſie in *Offenheim* Magunt. Dioc. verteretur, prefati Dominus *johannes* et *Wilhelmus* me, ut eos amicabiliter aut ſecundum jus concordarem, unanimi conſenſu ac bona voluntate elegerunt in arbitrum et in me concordaverunt hinc et inde.... amicabiliter componere non poteram, prout jus dictavit, et ego à veridicis et fide dignis ſcrutando didici eos de cauſa prehabita concordavi dicens et pronuncians ſuper juramentum meum, preſcriptum jus patronatus memorate Eccleſie in *Offenheim* ad Dominum *johannem* predictum et ad ſuos heredes de jure pertinere, prenominatum verò *Wilhelmum* nullum jus in eo habere, nec ſe de cetero habere, de eodem intromittere.... Teſtes autem, qui hujusmodi pronunciacioni interfuerunt, ſunt *Gerhardus Camerarius wormacienſis*, *Sigelo de Wattenheim*, *Cuno de Montfort*

fort, *Philippus* dictus *Wintherus de Alzeia*, *Rudewinus de Flamborn*, *Wilhelmus de Randecken*, *Emercho* filius *Wolframi* dicti *Magni de Lewenstein*, *Theodericus* dictus *Randecker*, *Sifridus* et *Sifridus* fratres *de s^to^ Albino*, *Herdegenus de Offenheim* et *Waltmannus milites* fide digni. Jn cujus rei evidens teſtimonium ego dictus *W. Wintherus* ad preces et rogatum Domini *johannis* et *Wilhelmi* preſcriptorum preſentem litteram meo Sigillo, nec non Sigillis prelibatorum teſtium ea habentium contuli roboratam. Et nos *Gerhardus Camerarius Sigillo de Wattenheim*, *Cuno de Montfort*, *Philippus* dictus *Wintherus*, *Theodericus* dictus *Randecker* et *Sifridus de s^to^ Albino milites* preſcripti, quia hijs interfuimus et ea audivimus, ad preces Domini *johannis de Randecken* et *Wilhelmi de Lettho de Alzeia* predictorum noſtra Sigilla preſentibus duximus appendenda in teſtimonio ſuper eo. Datum an. Dni M°CC°LXXXV°. in Nativitate beate *Marie* Virginis. (8. *ſept.*)

CLXVI.

Digitized by Google

CXLVI.

Teſtamentum Wolframi militis de Lewenſtein dicti der Cleine.

Jn nomine Domini amen..... Cum igitur eventus futurorum varius... Nos *Wolframus miles de Lewenſtein* dictus *der Cleine*, uxore viduatus de conſenſu omnium heredum noſtrorum in pleno jure rerum noſtrarum dominio conſtitutus ... tale decrevimus condere teſtamentum. Jnprimis notum fieri cupimus quod in *Sion* cenobio Sanctimonialium Ord. Cyſterc. cum aliis progenitoribus noſtris noſtram eligimus ſepulturam legamus et preſentibus ordinamus dicto Cenobio in *Sion* de bonis noſtris in *Heppenheim* ſex maldra annone Wormat. menſure. Jtem quinquaginta talenta olei in quadrageſima, quatuordecim cappones ad infirmariam, viginti maldra avene ad farinam pro pulmentis. Jtem in *Weidas* Monialibus quatuor maldra perpetua. Jn *Mouchinheim* Monialibus duo maldra perpetua. Jn *Moguntia* Fratribus Ord. *Predicatorum* duo maldra perpetua annone pro anniverſario. Jtem in *Weidas* Monialibus quinque maldra avene, in *Deigenbach*, tan-

Digitized by Google

tantum, in *Alzeia* ad S. *Spiritum* tantum. Jbidem ad S. *Johannem* tantum. Jn *Himilgarten* tantum, Monialibus in *Ingelnheim* tercium dimidium maldrum avene et in *Tieſenthal* tercium dimidium maldrum avene Monialibus de predictis bonis in perpetuis redditibus aſſignamus. Jtem aſſignamus de ſepe dictis bonis in *Heppenheim* 50. maldra annone Sacerdoti ydoneo, qui in Capella in qua Pater noſter ſepultus eſt in *Syon* in perpetuum unam Miſſam diebus ſingulis celebravit. Jtem quatuor filiabus noſtris Monialibus de prefatis bonis 4. maldra annone... pro ſuis neceſſitatibus. Jtem in *Odirnheim*, in *Obirmuſchele*, in *Meiſenheim*, in *Odenbach*, in *Grewilre* et in *Kuncke*, cuilibet parochie legamus et aſſignamus 4 marcas convertendas in uſus earum pro dampnis illatis hominibus in terminis dictarum parochiarum reſidentibus, et ut nobis pure et ſimpliciter remittant quicquid deliquimus contra eos. Jtem de bonis noſtris mobilibus legamns... Jn *Syon* Monialibus decem annone Mogunt. menſure. Ad veterem cellam in *Moguntia* tantum, in *Weidas* tantum, in *Moguntia* Fratribus Ord. *Predica-*

to-

torum tantum, Abbatiſſe in *Weidas* ſpecialiter duo maldra, Prioriſſe in *Syon* duo maldra, in *Deigenbach* ſex maldra, in *Nonnenmünſtere* decem maldra, Jn *Otterburc* X maldra Pinguenſis menſure, de quibus committimus duo Abbati et Fratri *Wilhelmo*, ut in feſto *omnium ſanctorum* fratribus procurent omnibus poſtpoſitis bonos piſces. Ad S. *johannem* Monialibus juxta *Alzejam* V. maldra annone ad S. *Spiritum* ibidem tantum in *Himilgarten* tantum, in *Mouchenheim* Monialibus tantum, in *Ramſen* Monialibus X maldra annone, ad S. *Agnetem* in *Moguntia* tantum, in *Tal* Monialibus ibidem tantum, in *Roſenthal* Monialibus tantum, ad *Novum Monasterium* in *Moguntia* tantum. Jtem Fratri *Hugoni* heremite duos calices et unum maldrum annone Pinguenſis menſure. Fratri *Arnoldo* heremite duos calices et unum maldrum annone, fratri *Friderico* tantum, Elemoſinarie noſtre unum maldrum annone et eidem cum filio ſuo unam libram hallenſ. pro duabus tunicis ſorori *Demundi* unam libram et duabus ſororibus ſuis duo maldra annone. Jtem *johanni* famulo noſtro ſex libras hallenſ. canes, recia voltu-

turem, qui dicitur *Blavus*.... *Mezze* famule noſtre duas vaccas juniores, quas habemus in *Lewenſtein*... *Comitibus Irſutis* dabuntur X ſolidi Colon. ſimiliter debiti racione *Beningne* filie noſtre quatuor lectos et quatuor vaccas aſſignamus, equi verò currum, vacce reſidue et mulus noſtris filiis remanebunt.... Manufideles ſeu executores omnium premiſſorum nobis eligimus Fratrem *Hermannum* dictum *de Bichelingen* Ord. Fratr. *Predicatorum* Priorem Domus Moguntine, Dominum *Wernherum de Lewenſtein* Canonicum Majoris Eccleſie Mogunt. fratrem noſtrum, *Emichonem militem* fratrem noſtrum, *Wolframum militem* filium noſtrum, *johannem* Clericum filium noſtrum, *Benignam* filiam noſtram, *Wernherum*, *Philippum milites* et fratres dictos *Winter* et Abbatiſſam de *Syon*, quibus ſuper fidem et conſcientias ipſorum tanquam intimis conſanguineis et amicis, etiam committimus executionem omnium preſcriptorum. Ut autem hec omnia firma et inconvulſa maneant, volumus ut omnium manufidelium predictornm Sigillis et noſtro hec littera roboretur, volumus eciam et preſentibus declaramus, ut

ut Abbatiſſa de *Syon* cum predictorum manufidelium conſilio et voluntate ſuo tempore predicte capelle in *Syon* ſuper ſuam conſcientiam provideat in Sacerdote idoneo et honeſto, poſt obitum verò Manufidelium preſcriptorum ad Abbatiſſam dicti loci, quecunque pro tempore fuerit, dicti Sacerdotis ordinationem et proviſionem volumus omni impedimento poſtpoſito pertinere. Datum et Actum Anno Domini M. CC. XCVIII. Kal. *Augusti* (1. *Aug.*)

An. 1303. Litteræ venditionis bonorum in *Offenheim* pro Monaſterio in *Sion*. vid. *Monastici Palat. T. I. p.* 405.

CLXVII.

De bonis Monasterii Sion in Offenheim.

Wir *Diderich Randecker*, *Rudolph von Anſinbruch* und *Eberhard von Randecken* Rittere di do ſin monpter eynes menlin kindes *Antoniis fon Dalburc* erkennen und wellin allen ludin kunt ſin, daz daz unſir gut wille unn gehencknifse iſt, daz *Heinrich* unn *Heinrich* gebrudere die *Boſse fon Offinheim* fir eygent hant dem Convente fon *Sion* ſulich gut zu *Offinheim* gelegen, daz

 ſi

ſi fon *Antonie* dem vorgenanten zu Lene hatten, umbe daz, daz ſi for dazſelbe gut uns in des kindesſtat hant bewiſet fir unt zwenzik marcke wert gudis zu Lene zu hane fon demſelben *Antonie* unn gelobin daz, swanne das kint zu ſinen dagen kumt, daz iz dieſe dinge ſtede ſal haldin unn feſte, dede iz aber des nit, do ſin wir bürgin der vorgenannten gelubedin gen dem Convente, unn werdin wir gemant, ſo ſullen wir leyſtin ouſser ilicher bit eyme knethe unn bit eyme perde zu *Alzeyin* alſo lange bit dem Convente daz gerethit wirt. Queme iz aber ein, daz *Antonie* der forgenante ſturbe an erben, ſo ſin wir ſiner Lene erbin unn firjehin uns andirwerbe, daz wir unt di unſin ſulin ſtede haltin di forgenante fireygenonge und daz do for geſcriben ſtet. Jn des dinges eyne feſtekeyt gen wir diſen brif beſigilit bit unſin Jngeſigelin, und wande ich *Rudolpf* der vorgenante eygenis Jngeſigelis nit inhan, ſo han ich gebedin eynin edeln man einen herrin *Hemſchauin den Grevin fon Spanheim*, daz er for mich ſin ingeſigelin an diſen brif hat gehangin. Dire brif wart gegebin nach Godis geburt,

do

Digitized by Google

do man zalte duſent druhundert unn fir jar an Sante *Remigis* dage. (1. *Oct.*)

CLXVIII.

Eccleſia in Mauchenheim incorporata Monaſterio Syon.

Nos Abbatiſſa totusque Conventus Monialium Monaſterii in *Syon* Ordinis Ciſterc. Mogunt. Dyoc. tenore preſencium recognoſcimus publice profitentes, quod cum honorabiles viri Domini Decanus totumque Capitulum Eccleſie Moguntine incorporationi ſeu unioni nobis liberaliter facte & noſtro Monaſterio de Eccleſia parrochiali in *Mauchenheim* dicte Dyoc. ſuum conſenſum adhibuerint benivolum & expreſſum, Nos vice verſa in ſignum recognitionis beneficii hujusmodi nobis & noſtro Monaſterio pie & gratioſe impenſi ſponte & liberaliter ipſis Dominis Decano & Capitulo & Eccleſie Moguntine predicte duas libras cere in omnem eventum dare ſolvere & *Maguntiam* preſentare noſtris periculis, laboribus & expenſis, ad id Nos & noſtrum Monaſterium ac ſucceſſores noſtros preſentibus ſollempniter obligantes, dantes nichilominus eisdem Dominis Decano & Capitulo literas Sigilli noſtre

ſtre Abbatiſſe munimine roboratas in teſtimonium ſuper eo. Datum Anno Dni M° CCC° IX°. III. Kaln. *januarii.* (30. *Dec.*)

CLXIX.

De Miſſa perpetua in Monaſterio Syon fundata pro anima Cunradi militis de Stedin.

Nos Soror *Lyſa* dicta, Abbatiſſa totusque Conventus Sanctimonialium Monaſterii *Syon* Ord. Cyſt. Mog. Dyœc. omnibus tam preſentibus, quàm futuris preſens ſcriptum intuentibus volumus eſſe notum, quod *Cunradus* bone memorie quondam *miles de Stedin* filius *Heinrici militis* ibidem ordinavit pro ſalute anime ſue triginta maldra ſiliginis Worm. menſure in Monaſterio noſtro ad prebendam Sacerdoti diſcreto, qui Miſſam pro anima prefati *Cunradi* legat perpetuo vel decantet, quam penſionem *Heinricus miles* & *Elizabeth* par[illegible]tes prefati *Cunradi* emerunt apud Nos [illegible]e bonis noſtris in *Morsheim* & in termi[illegible]is predicte ville ſitis, quodlibet maldrum pro ſex libris hallenſ. & ſex ſolidis, ad que poſuimus eciam ſex maldra de viginti maldris, que honorabilis ma-

matrona Magiſtra & Conventus *Vallis* S. *Marie* nobis tenentur ibidem annis ſingulis miniſtrare &c. Jn cujus rei teſtimonium & robur perpetue valiturum preſentem litteram Sigilli noſtri robore nec non Sigillis venerabilium virorum Abbatis *Montis* S. *Diſibodi*. Decani Eccleſie Cellenſis dedimus ſolidatam. Datum Anno Dom. M. CCC. XVIII. in die S. *Ambroſii* Epiſcopi. (7. *Dec.*)

CLXX.

Hermann & Wernher Domini de Hoinvels confirmant emtionem bonorum in Morsheim Monaſterio in Syon factam.

Jch *Herman* und *Wernher* gebrüdere *von Hoinvels* unn unſir ſuſter *jutte* zu einemale eliche frauwe unſirs vederin *Heinrichs von Hoinvels* verjehin uns an diſeme offene brive, daz der kauf, den die frauwen von *ſante Mariendale* hant getan, umbe daz gud zu *Morsheim* bit der Epptiſsin und dem Convente des kloſters zu *Sion* greis Ordins daz do iſt gelegin in Menzir biſchedume bit unſirme gudin willen unn verhencknifſe geſchehen iſt, unn verjehen uns unn globin auch an diſeme offene brive,

daz wir die vorgenanten, noch kein unſir erbin, den vorgenantin frauwen noch ir Cloſter zu *Syon* umir geerrin odir gehinderen ſollen an diſeme kaufe, unn dem gude bit keiner hande, ſache oder bit keiner slathe argeliſte, die wib oder mann ummer vinden odir gedencken mogent. Daz dirre brif veite unn ſtede ſi, ſo henckin wir *Herman* und *Wernher* gebrûder *von Hoinvels* unn unſir ſûſter *jutte*, die eliche frauwe was unſirs ſeligen Vederis *Heinrichis von Hoinvels* unſir ingeſigele an diſen brife. Derr brif wart gegeben do man zalte von Chriſt geborte druzeihin hundert jar und drizic jar an der heiligen dage *Johannis* und *Pauli*. (26. *jun.*)

CLXXI.

Rudolffi & Ruperti fratrum Comitum Palatinorum Rheni conceſſio juris lignandi Monialibus in Syon facta.

Wir *Rudolf* und *Ruprecht* gebruder von Gots gnaden Pfalentzgraven bi dem *Rine* und Hertzogen ze *Beiern*, verjehen und tun kunt allen den di diſen brief anſehent oder hörent leſen, daz wir den erbern geiſtlichen Frawen dez Cloſters *Syon* bi *Altzey* erlaubet han

han und erlauben mit diſem brief daz ſi ewiglich furbaz mugen und ſulent durrez holz und ligendes und ſtendes, daz uns unſcheidlich ſi, nemen und usfuren us unſerm holz geheizzen *furholz* mit einem karchen ze brennholz zu irem Cloſter, an alle irreſal und hinderniſse, und dez ze urkunde geben wir diſen brief verſigelten mit unſern hangenden jnſigeln, der geben iſt ze der *Nuwenstat* do man zalt von Chriſtes geburt drutzehen hundert jar eins und drizzig jar, dez Montags nach Sand *Margreden* tag. (17. *jun.*)

CLXXII.

Wolframi ſenioris militis de Lewenſtein confeſſio de juribus Monaſterii Syon in Heppenheim.

Jch *Wolfram* der *alde* ein *Ritter von Lewenstein* dun kunt allen den dye diſen brif anſehint oder horint leſen, daz ich vorzihen unde vorziegen han offe alſolich gut als min wadir ſelige zu ſelgerede geſachit hat, unde zu *Heppenheim* gelegen iſt, alſo daz die gülde die darof geſezet iſt, zu eyner ewigen zu *Syon* deme paffen, der die Meſſe beſinget, bie den erſten gewerit werde,

darnach die Frauwen zu *Syon*, unde darnach je daz Cloſter nach ſime rethe. Zy eyme orkunde unde ſtedekeyde der worgenanthen dingen ſo han ich *Wolfram* worgenanthe min ingeſigele an dyſen briff gehangen. Der wart gegebin do man zalte nach Godiz geborthe druzehin hundirt jar, darnach in deme eyne unde trizzigiſten jare an deme Fritdage vor halb waſten. (8. *Mart.*)

CLXIII.

Abbatiæ Deynbac litteræ Venditionis redituum Rotde pro Monaſterio in Syon.

Wir *Agnes* die Eptiſſen und der Convent gemeinlichen des Cloſters zu *Deimbach* grawis Ordens und gelegen in Meinzer Biſtum verjehen uns an diſſem offen brife, daz wir keckart han den erbern jungfrawen *Ludrat* und *Sien* zwein ſuſter Nunnen zu *Syon* ein eweck malder haler geldis daz wir haden zu *Rotde* of dem hove und dem gude, die hievor waren Hern *Emichis* und *Ludrad* ſinre eliche frawen *von Randecken* &c. Datum Anno Domini M. CCC. LXII. feria ſexta poſt *Reminiſcere*. (18. *Mart.*)

CLXXIV.

CLXXIV.

Irmgard vidua Richardi de Lewenſtein donat Monaſterio in Syon tria maldra ſiliginis de bonis ſuis in Heimersheim in remedium animarum ſuarum.

Jch *Irmengart*, hern *Richartes* .. ſeligen .. wydewe *von Lewenstein*, deme Got genade. *Emerich* und *Henne* myne ſune bekennen uns uffinlichen an dieſeme briefe und dun konth allen luden, daz wir anegeſehen han heyl unſers Hern ſeeligen vorgenant, unſerer altfordern und unſerer nachkomelinge und han geſatzet dru malter korngüdden Wormſer maſe, bit fonfzehen ponden hellern abezuloſen, den erbern geiſtlichen Frauwen zu *Syon* bit underſcheyde, zwen malder off ir tafel, das dritte malder der koſtorien off eren kor, alſo daz derſelbe . . . *Syon* alle jerlich begen ſollent unſers Hern ſeligen jargezit vorgenant bit meſſe, vigilien, gebet und bit anderen gottlichen dingen als recht und gewöhlich iſt zu dun in irme kloſter, dieſe vorgenante dru malter korngeldes Wormſer maſe ſollen wir reychen und geben den egenanten Frauwen und deme Convente

alle jerliche tuſchen den zweyn unſer Frauwen dage, als ſie zu himmel fur und geborn ward neſt komet nach der erne von unſerme gude daz wir han zu *Heimersheim* in dorfe und in marcken, daroff wir die egenante dru malder korn geldes bewyſt und belacht han; alſo wer ez ſache, daz wir ſumig herane worden.. und in daz korn nit ingeben off die vorgenant zit ... wanne ſie is darafter numme geraden, noch inbern wollten, ſo mogent die zwo frauwen eyme ſelegerederume und coſterinne von des Convents wegen offholen und by ſich nemen, zu *Heimersheim* an gerechte unſers gudes als vyle daz der Scheffen ſpreche bit deme eyde, daz fonffzehen ponde heller wole wert ſy ane alle geuerde. Auch iſt gereth, daz wir yn bit fonff ponden hellern mogen eyn malder abeloſen vor Sante *Georgen* dage als gewonlich und recht iſt, als lange bit wir der fonffzehen ponde heller zumale bezalen an guter werunge. . . Wan auch daz geſchyt oder als vyel gudes darvor offgeholint als vorgeſagt ſtet, ſo ſal unſer gud ledig, quit und loys ſin und ſoll nit die vorgenante Frauwen, danne die fonf-

ze-

zehen ponde heller anelegen, bit unſer oder der unſeren wuſsen an die ſtad, do ſie wole, bedacht ſin, und dann daz jargezit do vonne begangen werde als vorgeſagt ſtet, uſsgeſcheyden alle argeliſt und geverde. Des zu urkunde han wir *Irmengard* und *Emerich* und *Henne* vorgenant unſer Jnſiegel an dyſen brif gehangen, gegeben zu latine Anno Domini M°CCC°LXX° nono in octava *Johannis Baptiste.* (1. *julii.*)

CLXXV.

Wie den von Syon ir fryheit beſtettigt iſt.

Wir *Philips* &c. bekennen &c. das uns die Erſame unſer liebe andechtigen Eptiſſen und Convent des Cloſters *Syon* by *Altzey* Sant *Bernharts* Orden furhalten laſſen han gleuplichen ſchine etliche friheit ſie von unſern altern Herrn *Rudolffen* und Herrn *Ruprechten* Pfaltzgrauen by *Rine* &c. loblicher gedechtniſs jnn brieff und ſiegeln welch friheit ſie dan herbracht hetten, und gebruchen zu foren in das *furholz* zu *Altzey* gehorig und auch das ſie durre holtze und ligends und ſteuds das unſchedelich ſy in dem ſelben walde zu brenholtze in jre

jre Cloſter foren moge mit einem karrich, das ſie auch mit jrem eigen vihe in dem ſelben *furholtze* zu wenden faren mogenn, wie dan ſolichs in iren alten brieffen beſtimpt und herpracht iſt, und uns gebetten Jne als ein Jngender furſte ſolich brieff fahet und herkomen, wie ſie die off diſen tag geruglich gebruchen gnediglich zu beſtetten, zu beueſten, zu ernuwen, und zu confirmiren, ſolche jr fliſige bette angeſehen und auch das ſie den almechtigen Gott fur unns und unſern voraltern deſter getrulicher bitten ſollen und unſer und jr ſelen heile, ſo haben wyr als der recht eynig regirende Furſte und Erbe des Churfurſtenthums der Pfaltzgraueſchafft by *Rine* Jne ſoliche obgedacht gnade friheit und herkommen wie ſie die von unſern altern erlangt und geruglich bisher bracht haben, und noch einſende ſin, gnediglich ernuwet, confirmirt und beſtett, ernuwen, confirmiren und beſtetten jne die jm und mit crafft dis brieffs, das ſie der alſo hinfur gebruchen und genieſsen ſollen und mogen, one alle hindernis, one geverde. Urkunde diſs brieffs verſiegelt mit unſerm anhangendem Jngeſiegel. Datum

Alt-

Altzey, off Mitwoch noch Sant *Martins* tag. (12. *Nov.*) Anno Domini &c. LXXVII°.

ABBATISSÆ MONASTERII SYON.

Gertrudis

Anno 1277. de *Gudenus Tom. IV. pag.* 931.

Lyſa

1318. Jn fundatione Miſſæ perpetuæ pro *Cunrado milite de Stedin* in Cœnobio *Syon* legendæ.

Alheidis.

1350.

Iſengardis.

1356.

Eliſabeth de Rüdesheim.

1434.

Margaretha

1446.

Margareth de Lewenstein.

1473. vid. cl. viri D. *Joannis Göswini de Widder Topographiam Palatinam. T.* 3. p. 173.

Margaretha Rebhunin.

1522. *Diœc. Mog. T. I.* p. 332.

1541. *Katharina*

Blickin de Lichtenberg. Humbracht höchſte Zierde Deütſchlands. Tab. 99. *b.*

Re-

Reditus habet iſtos:

Pecuniæ 387. fl. — Vini 6. plauſtra — Siliginis 811. maltra. — Hordei 5. maltra. — Speltæ 76. maltra. — Avenæ 237. maltra. — Piſorum 3½ maltra. — Lentium 3½ maltra. — Anſeres 8. — Capones 54. — Gallinas 36. — Ova 500. — Gallos pullos 5. — Porcellos 2. — Vervecem 1. — Agnum 1. — Ceræ 3. libras. — Olei 27. libras.

Occupatum hoc Monaſterium anno 1566. MS.

AD MONASTERIUM SELTZ *)
ORDINIS S. BENEDICTI.

*) Conferatur *Monaſtici Palatini Tomus II. pag.* 83.

Rei Diplomaticæ cultoribus haud ingratum erit, quædam chartarum atque documentorum in Adminiſtrationis Eccleſiaſticæ ſcriniis aſſervatorum & hìc chronologicè inſertorum Argumenta perlegere, donec opportuna offeratur occaſio, ea in extenſo communicandi. **)

**) Dieſe hierinnen ſpecificirte Original-Documenten ſind den 7ten *Junii* 1678. von Churpfaltz Verwaltungs-Regiſtrator Herrn *Burgkeller*

keller zum Archiv geliefert worden. *Heidelberg* den 4ten *Julii* 1678.

St. L. Lingelsheim.

. . . . Vorſpecifizierte documenta und brieffſchaften ſind auf Churpfaltz Herrn Groshofmeiſters und geheimer Räthe befehl, beyſeins geheimen vice Cantzlers Herrn D. *Peils*, durch Archivarium *Lingelsheim* und deſſen Adjunctum *Otto* der verwaltung aus dem archiv wieder geliefert und an endes gedachte, als deren dazu deputirten auſſem ſchloſs *Heidelberg* in der geheimen Rathsſtuben extradirt worden. Auf Dienſtags nachmittag den 28ten *Julii* 1685.

Johann Simon Zweiffel C. Pfältziſcher Verwaltungs Rath und Advocatus.

Johann Zacharia C. Pfältziſcher verwaltungs Regiſtrator.

S E L T Z.

Anno 950. Donatio *Lotharii* Imp. *Adelheidæ* Conjugi de *Valle vicinaria*. A. E.

968. Donatio *Ottonis* M. facta de *Hochfelden*, *Sarmerſen*, *Suechhuſen* & *Sels*. A. E.

968. Præceptum *Ottonis* M. Imp. & *Adelheidæ* Imp. . . . . & *Steinwilar*. A. E.

CLXXVI.

Digitized by Google

CLXXVI.

Ottonis Magni præceptum de prædio Steinwilre. 968. (ex orig.)

Jn nomine ſancte & individue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Jmperator Aug. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos per interventum ac peticionem amantiſſimi filii noſtri *Ottonis* Jmperatoris, dilecte conjugi noſtre *Adelheidae* Jmperatrici regnorumque noſtrorum conſorti in proprium donavimus quandam cortem *Steinwinlare* nuncupatam in *ſpirigovvc* ſitam in Comitatu *Gerungi* Comitis cum edificijs, mancipijs, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vinetis, venacionibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, molendinumque, locis, exitibus & reditibus, quaeſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus rebus omnibusque pertinentijs, que dici vel nominari poſſunt, ad prefatam cortem *ſteinwinlare* pertinentibus, ut jam prediximus noſtrae dilecte conjugi *Adelheide* Jmperatrici, regnorumque noſtrorum conſorti in integrum donavimus, ut jure hereditario ha-

habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi vel quicquid ei exinde placuerit, faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut haec noſtrae auctoritatis donatio omni tempore firma ſtabilisque permaneat, juſſimus inde hoc preſens praeceptum conſcribi, quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus obſervetur, hoc praeceptum manu propria ſubterfirmavimus, anulique noſtri inpreſſione ſigillari praecepimus.

Signum Domni *Ottonis Magni* & invictiſſimi Jmperatoris Auguſti

MONOGRAMMA OTTONIS

Luitgerus Cancellarius in vicem *Hattonis* Archiepiſcopi recognovi.

Datum XVI. Kal. *Decembris* (16. *Nov.*) Anno Dom. Jncarn. DCCCCLXVIII. Jndictione XII. Anno regni ſereniſſimi Regis *Ottonis* XXXII. Jmperii anno VII. Actum *Piſcarie* in Xpi nomine feliciter amen.

CLXXVII.

Otto II. Imp. confirmat Adelheidæ dotem. 975.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria tam preſencium ibilibet quam futurorum, qualiter nos rogavit cara genitrix noſtra *Adalheida* Auguſta, ut predia que pie memorie genitor noſter dotali munere in proprium jus ſibi transfudit, hec omnia per noſtre confirmacionis preceptum confirmaremus in quibuscunque provincijs jacerent, cujus peticioni, ut dignum erat aſſenſum prebentes, omnia predia, que ſibi dictus genitor meus dedit in quibuscunque regionibus adjacentia in *Eleſazia* videlicet, in *Francia*, *Turingia*, *Saxonia*, *Slavonia* & nos jure perhenni in proprium donavimus cum omnibus ad hec loca pertinentibus caſtellis & curtibus, aedificijs, mancipijs, agris, paſcuis, ſilvis, aquis, piſcationibus, molendinis, vijs & invijs, exitibus & reditibus, ut habeat poteſtatem tenendi, poſſidendi, dandi, commutandi, poſteris relinquendi vel quicquid ſibi libue-

Digitized by Google

buerit, inde faciendi. Et ut hec noſtré donacionis & jmperialis confirmacionis auctoritas cunctis perpetim verior firmiorque credatur, hanc confirmacionis cartam inſcribi, anuloque noſtro ſignatam propria manu firmavimus. Signum Domni *Ottonis* (*Monogramma*) invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Folcmarus Cancellarius vice *Willigiſi* Archicancellarij ſubſcripſi.

Data VI. Jdus *junii* (8. *jun.*) anno Incarnationis DCCCCLXXV. Indictione II. anno regni Domni *Ottonis* XIIII. Imperij autem VI. *Dornburg.*

An. 975. Confirmatio *Ottonis* II. Imp. de dotalibus, quæ genitor ſuus dedit *Adelheidæ.* A. E.

987. Confirmatio *Ottonis* III. Imp. de dictis dotalibus. A. E.

CLXXVIIII.

Ottonis III.Reg. confirmatio dotis Adelheidæ. 987. (ex orig.)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria tam preſencium ibilibet quam futurorum, qualiter nos rogavit cara genitrix noſtra *Theophanu* Impera-

 ra-

ratrix Auguſta, ut dilectae aviae noſtrae *Adalheidae* Imperatrici Auguſtae predia quae piae memoriae avus noſter dotali munere in proprium jus ſibi transfudit & Genitor noſter jmperiali ſcripto confirmavit, haec omnia per noſtrae conſirmacionis praeceptum confirmaremus, in quibuscunque provincijs jacerent. Cujus peticioni, ut dignum erat, aſſenſum praebentes, omnia praedia quae ſibi dictus avus vel genitor meus dederunt in quibuscunque regionibus adjacentia in *Elcſazia* videlicet *Francia*, *Turingia*, *Saxonia*, *Siavonia* & nos jure perhenni in proprium donavimus & confirmavimus cum omnibus ad haec loca pertinentibus caſtellis & curtibus aedificijs, mancipijs, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, piſcationibus, molendinis, vijs & invijs, exitibus & reditibus, ut habeat poteſtatem tenendi, poſſidendi, dandi, commutandi, poſteris relinquendi vel quicquid ſibi libuerit, inde faciendi. Et ut haec noſtrae donacionis & regalis confirmationis auctoritas cunctis perpetim verior firmiorque credatur, hanc confirmacionis cartam inſcribi, anuloque noſtro ſignatam propria manu ſubtus firmavimus.

Sig-

Signum Domni *Ottonis* (*Monogramma*) glorioſiſſimi Regis.

Hildibaldus Cancellarius & Epiſcopus vice *Willigiſi* Archiepiſcopi recognovi.

Data XII. Kal. *junii* (21. *Maji*) an. Dominice Incarnac. DCCCCLXXXVII. Indictione XV. anno autem tercii *Ottonis* regnantis quarto. Actum *Altſteti* feliciter amen.

An. 990. Donatio *Ottonis* III. Eccleſiæ in *Lupſenſtein* & *Suechhuſen* & duarum Capellarum. A. E.

An. 992. *Ottonis* III. Imp. donatio prædii in *Alesheim*. A. E.

Anno eodem. Donatio prædii in *Saramersheim*. A. E.

Anno eod. Privilegium *Ottonis* III. Imp. A. E.

.... Noch ein ſehr ſchadhafter brief, welcher nicht gantz zu leſen, von gedachtem *Ottone*. A. E.

Schirmbrief *Ottonis* III. A. E.

Donatio quorundam prædiorum in pagis *Otterbach* & *Turenbach*. A. E.

Vier brif, Confirmationem donationis in *Steinweiler* betreff. darunter 2. ſehr ſchadhafft. A. E.

Digitized by Google

An. 993. Donatio *Ottonis* de mercatu, moneta & telonio Salſenſi. Dieſer brief iſt auch gar ſchadhaft und nicht gantz zu leſen. A. E.

An. eod. Donatio ejusdem *Ottonis* ſieben wohnungen in *Nierſtein* im *Nachgaw* und der herrſchaft Graf *Reinhardt* gelegen. A. E.

An. 995. Incorporatio Rectoris in *Suechuſen* & alia privilegia. Dieſer brief iſt auch ſehr ſchadhaft und nicht gut zum leſen.

An. 995. Donatio Curtis *Hirſsberg* in *Argoue* & *Udendorf*. A. E.

Donatio 40. jugerum in *Ottersdorf* ad reficienda luminaria. A. E.

Quodſi ſuo die hæc documenta liceat penitius inſpicere, conferre atque examinare, mox apparebit, quænam ſint jam edita.

CLXXIX.

Ottonis III. Regis privilegium ſuper Eccleſiis Lupffenſtein & Sweighuſen &c. Abbatiæ Salſenſi conceſſum. 995.

Jn nomine ſancte & jndividue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Omnium fidelium noſtrorum preſentium & futurorum pie devotioni pateat

teat quomodo nos ob amorem & interventum dilecte avie noſtre *Adelheidis* videlicet Imperatricis Auguſte ad Monaſterium ſuum *Salſa* nominatum, quod ipſam pro divino amore ad Monachorum vitam & regulam ibi perpetualiter obſervandam à fundamento primum edificavit ex portione noſtre proprietatis dedimus duas eccleſias unam ad *Lupfſenſtein* alteram ad *Sweighuſen* cum duabus capellis illi ſubjectis ad *Mertzewilre* & *Richeshouen* ad quam ſcilicet popularem eccleſiam juxta antique titulationis aſſignationem nos & tam regia auctoritate eis confirmamus perpetualiter pertinere omnimodam decimationem totius ſilve que ſacrum nemus dicitur & omnium prediorum circumjacentium que noſtra noſtreque Avie venerabilis auguſte primitus fuerunt que quoque nos *Hermanno Duci Suevorum* ejusque uxori filie regis *Burgundie Conradi* videlicet fratris ejusdem avie noſtre poteſtativa manu cum ipſa tradidimus. Jgitur predicta predia ad quodcumque vel ad quoscumque heredes proximos vel extraneos per varias ſucceſſiones temporum devenerunt aut Eccleſiis aut Monaſteriis ſive quibuslibet perſonis do-

 nata

nata vel venumdata aut per concambium transmutata vel quomodolibet alternata fuerunt eorum tamen integram decimationem prediƈte eccleſie ad *Sweichuſen* perpetuo jure ſubjacere regali conſtituimus & ſancimus auƈtoritate, & quia quocumque fines eorundem prediorum protenduntur dilatantur vel artantur illius parochie termini undequaque coequari comprobantur ab *Egitolesphat* per diverſa loca & decurſus fluminum que uno nomine *Matra* vocantur usque ad *Wizenſtein* & *Marchbach* & deinceps per omnes litus ſite usque ad *conthenhennerbruega*. Jtem regaliter precipimus nihil inter ſpatia prediƈtorum locorum excipi ſed omnia ad easdem cerimonias referri in noſtris edificiis curtibus terris cultis & incultis agris veteribus novalibus pratis campis paſcuis vineis aquis aquarumve decurſibus piſcationibus viis & inviis exitibus & reditibus & in cunƈtis reditibus qui de ſacro nemore domibus vel heredibus aliquomodo perſolvi dinoſcuntur. Et ut hoc noſtre donationis & regalis confirmationis auƈtoritas cunƈtis perpetim firmiorque credatur hanc confirmationis cartam conſcribi ſigillique noſtri impreſ-

preſſione ſignari juſſimus manuque propria ut infra videtur corroboravimus ſignum Domini *Ottonis* glorioſiſſimi Regis *Hildebaldus* Epiſcopus & Cancellarius vice *Willegiſi* Archiepiſcopi recognovi. Data VII. Kal. *januarii* (26. *Dec.*) Anno Dominice Incarnationis DCCCC. XCV. Jndictione VII anno autem tertio *Ottonis* regnantis XI. Actum *Erinſtein* feliciter amen.

An. 1002. Præceptum *Henrici* Regis de Monaſterio *Salſi* cum privilegio exemptionis. A. E.

An. 1025. *Rudolfus* Rex *Burgund.* donat huic Cœnobio duo mancipia. A. E.

An. 1044. Separatio Eccleſiæ in *Hageno* ab Eccleſia in *Suechuſen.* A. E.

An. 1051. *Henrici* III. Imp. donatio Decimarum in *Mindenfeld* cum Capella *Frickenfeld* aliisque villis in duplo. A. E.

CLXXX.

Henrici III. Regis præceptum ſuper decimam in Mindevelt. 1051. (ex orig.)

Jn nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si loca divinis cultibus mancipata

ex his, que noſtrae ſunt proprietatis, ditare cupimus & ditamus, ut pro temporalibus ſempiterna immo pro caducis in perpetuo manſura bonà cupiamus, minime dubitamus. Quapropter omnibus Xpi noſtrique fidelibus tam futuris quam & preſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos pro remedio anime noſtri genitoris *Chuonradi* Imperatoris felicis memorie, noſtreque genitricis *Giſilae* Imperatricis noſtrique ſalute nec non & ob peticionem conteċtalis noſtre *Agnetis* Imperatricis, decimam in loco *Mundevelt* diċto, cum Capella *Fricchenvelt* aliisque villis illuc pertinentibus in pago *Spirichgouue* & in comitatu *Hugonis* Comitis ſitam, juſte legaliterque concambio redemptam ſcilicet cum noſtra propria eccleſia in villa *Sueninheim* de ſpirenſi Epiſcopatu cum conſenſu *Sigebotonis* Epiſcopi ejusdem loci ad Monaſterium a Domina *Adelheida* Imperatrice Auguſta in *Alſatia* in loco ſuae proprietatis, qui dicitur *Sulſa* ad eternam Dei laudem in honore Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* conſtructum, Monachis ad prebendam, ibidem Deo ſuisque Sanċtis die noċtuque juxta regulam beati ſanċtique *Benediċti* ſervientibus in proprium dedimus atque

tra-

Digitized by Google

tradidimus, ea videlicet peticione, ut Abbas ejusdem Monaſterii liberam poteſtatem habeat cum conſenſu & communi conſilio fratrum tenendi, commutandi, precariandi vel quicquid ſibi quo ad uſum Monaſterii ſimulque ſit fratrum inde faciendi placuerit. Et ut haec noſtrae tradicionis Imperialis auctoritas nunc & per ſuccedentium futura temporum curricula ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam inde conſcribi eamque manu propria, ut ſubtus videtur, corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni *Heinrici* tertij Regis inviĉtiſſimi (*Monogramma*) ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Winitherius Cancellarius vice *Bardonis* Archi-Cancellarii recognovit.

Data idus *Martii* (15. *Mart.*) Indictione IIII anno Dominice Incarnationis MLI. anno autem Domni *Heinrici* tercij Regis ſecundi Imperatoris ejus ordinacionis XXII. Regni XII.

An. 1130. Kaiſer *Cunrad* ſchutzbrief dieſem Kloſter ertheilt. A. E.

Anno eod. Privilegia *Conradi* II. Imp. ſuper Advocatia hujus Cœnobii. A. E.

An.

An. 1139. Vidimus von Official zu *Speier* der freyheiten, ſo Kaiſer *Conrad* dem Cloſter *Seltz* geben. A. E.

Eod. anno. Kaiſer *Conrads* freyheitsbrief in deutſch. A. E.

Eod. anno. Vidimus König *Conradts* brief die exemption des Cloſters beſagend. A. E.

An. 1143. Confirmatio privilegij de mercatu, moneta & telonio. A. E.

An. 1174. Ein alter brief, præceptum *Henrici* IV. A. E.

CLXXXI.

Clemens III. PP. confirmat Monaſterio Salſenſi donationes domorum in uſus pauperum. 1190. (ex orig.)

Jn nomine ſancte & individue Trinitatis. Quia fidelium profectibus noſtra inter eſt congratulari pijsque votis eorum pro poſſe ſuffragari. Fratris noſtri *Libonis* Cœnobij Salſenſis Abbatis affectui congaudemus, qui quod priorum Abbatum negligentia contra morem cœnobialis inſtituti male omiſſum eſt, pie inſtaurare deſiderans cum fratrum ſuorum conſenſu pro amore Xpi hec in peregrinorum & pauperum contulit uſus, Dominicalem decimationem de *Salſa*, de *Win-hen-*

henbach, de *Rotheren*, de *Frankinheim*, de *Mundesſelt*, de *Heinbrunnon* Novalium decimationem de *Wiſinouua*, de *Bókberc*, de *ſuperiori* & *inferiori Otterbach*, ubi non eſt Salica terra, decimas predii ad ſuum jus pertinentis, Dominicalem vero curtim ad *Scerllenheim*, quam *Heinricus* quartus Rex, tercius Imperator dedit ſancto *Petro* Apoſtolo, ſancte *Adelheide* pro remedio anime ſue & liberatione totius generis ſui in idipſum, de *Dierbach* quoque quicquid de communi remiſerit ſervicio, quod in Abbatis *Ercanbaldi* datur anniverſario. Hanc igitur conſtitucionem *Clemens* ego tercius Preſul Romanus Abbatis ipſius rogatu ex Apoſtolica auctoritate firmavi, proprioque Sigillo munivi. Quisquis ergo hec bene conſervaverit vel juxta vires meliorando adauxerit, vocem illam audiat optabilem: Venite benedicti Patris mei. Si quis vero, quod abſit, ea minoraverit & irrita fecerit, a Nobis anathematizatus & ab electis ſegregatus, diabolo ſocietur eternaliter cruciandus.

Datum *Rome* ad S. *Petrum* VI. idus *jun.* (8. *jun.*) anno noſtri Pontificatus quarto.

An-

An. 1194. Confirmatio Papalis donationis quarundam decimarum in uſus pauperum. A. E.

CLXXXII.

Gregorius IX. PP. confirmat Monaſterio Salſenſi omnes poſſeſſiones ſpecialiter de Mulnhart, de Roste & de Camerholz ſilvas. 1235.

Gregorius Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis filijs Abbati & Conventui in *Salſa* Ordinis ſancti *Benedicti* Diœceſis Argentinenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que in preſenciarum racionabiliter poſſidetis aut in futurum juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcepimus, ſpecialiter autem de *Mulnhart* & de *Roste* & de *Camerholz* ſilvas cum per-

pertinentijs ſuis, terras, poſſeſſiones & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis vos & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. *Peruſii* III. non. *Decembris*. (3. *Dec.*) Pontificatus noſtri anno octavo. (*ex orig.*)

An. 1302. Confirmationes *Alberti* ſuper decimis. A. E.

An. 1308. Privilegium de nemore *Ludovici de Wachenheim*. A. E.

CLXXXIII.

Henricus VII. Rom. Rex Joannem Abbatem Principem Salſenſem de regalibus feodis inveſtit. an. 1309.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum Romani Imperii celſitudo conſurgens antiqui-

quitus & fundata mirifice ſuper immobile firmamentum excellentie prerogativa qua viguit columpnis meruit ſtabilibus ſtabiliri & egregiis edificiorum juncturis indiſſolubiliter adornari, jnter quas quidem jlluſtres Principes ad totius operis machinam ſupportandam precipue ut columpnas voluit potiori preſtantia preminere, ut quo uberius gratie privilegiis inſigniri ſe ſentiunt, eo amplius debeant obſequioſe viciſſitudinis redibitione gratuita ceteris preclarere. Sane cum venerabilis *Johannes* Abbas eccleſie Salſenſis dilectus noſter Princeps ad celſitudinis noſtre preſentiam nuper accedens Romano Imperio & nobis obſequioſe devotionis ſigna pretenderit & omnimode obeditionis inſignia preſentarit. Nos ipſum tanquam noſtrum & Imperii Principem ad benivolos applauſive dulcedinis admittentes amplexus regalia feoda principatus quem obtinet ſibi de regia liberalitate conceſſimus & eundem Abbatem jnveſtivimus de eisdem adminiſtrationem temporalium & jurisdictionem plenariam principatus ejusdem Eccleſie prenotato Abbati, ſerie preſentium committentes, quo circa univerſis & ſingulis vaſallis miniſterialibus & hominibus ſuis & ec-

eccleſie ſue damus preſentibus firmiter in mandatis quatinus ipſi *Johanni* tanquam Principi noſtro & Domino ſuo intendant in omnibus humiliter & pareant reverenter. Jn cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſcribi, & noſtre Majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Datum *Columbarii* III° Kal. *Novemb.* (30. *Oct.*) Indictione octava Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nono regni vero noſtri anno primo.

An. 1319. Incorporatio Eccleſiarum in *Lupstein* & *Wittersheim.* A. E.

CLXXXIV.

Fundatio Miſſæ perpetuæ ſuper altare Ss. Johannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ in Monasterio Salſenſi. 1334.

Jn Dei nomine amen. Nos *Petrus* Dei gratia Abbas & Conventus Monaſterii Salſenſis Ordinis ſancti *Benedicti* Argentinenſis Diœceſis tenore preſencium conſtare cupimus univerſis quod nos attendentes & conſiderantes quam pium & quam ſalubre fore animabus illorum a quibus & quorum intuitu cultus divini numinis augmentatur, in remedium igitur anime quondam *Ludewici* armigeri dicti de *Waltenheim* qui nobis ob titulum fundationis nove Miſſe ſacerdotalia feoda

ſubſcripta a nobis & dicto noſtro Monaſterio deſcendentia donavit nec non in ſalutem animarum parentum & progenitorum ejusdem quondam *Ludewici* ac illorum qui prebendam ſubſcriptam impoſterum duxerint augmentandam fundamus & inſtituimus Miſſam ſacerdotalem perpetuam habendam ſuper altare Sanctorum *Johannis Baptiſte* & *Ewangeliſte* in noſtro Monaſterio ſupradicto pro dotatione autem dicte prebende nec non ſuſtentatione ſacerdotis ipſam pro tempore officiantis donamus & tradimus donacione & traditione inter vivos aſſignamus & libere reſignamus ad ipſam prebendam duas partes feodi ſitas ante ſilvam ad ipſum Monaſterium pertinentem jn banno & in marca opidi Salſenſis. Jta tamen quod absque omni diſpendio & prejudicio dicti noſtri Monaſterii ſacerdos debeat ipſum altare pro tempore officians omni die Miſſam celebrare prout ſibi fuerit inſpiratum divinitus niſi cauſa legitima fuerit prepeditus quodque collatio dicte prebende apud Abbatem pro tempore dicti Monaſterii debeat perpetuo reſidere conferendo eam quotiens vacaverit attamen ſacerdoti bone & laudabilis vite ac converſationis honeſte *Billungo* nato dicti

Digitized by Google

ti quondam *Ludewici* hoſpitalario ejusdem noſtri Monaſterii in dictam donationem conſentiente ac uſufructum fieri pro tempore vite ſue in dictis duabus partibus feodi competentem ad dictam prebendam donante & ipſi eidem reſignante. Jnſuper idem hoſpitularius etiam bona ſubſcripta donatione inter vivos & traditione donavit ad dictam prebendam pro augmentatione ejusdem aſſignavit & libere reſignavit. Transferentes nos pro nobis & noſtris in dicto noſtro Monaſterio ſucceſſoribus univerſis & ipſe hoſpitalarius pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus univerſis per porrectionem calami ut eſt moris in *Johannem* dictum *Seſter* Clericum de *Selſe* cui & ipſam prebendam contulimus preſentem & vice ac nomine ſuo ejusque in hoc ſucceſſorum nec non dicte prebende recipientem omne jus poſſeſſionem & proprietatem & dominium vel quaſi quod de nobis & dicto noſtro Monaſterio in dictis duabus partibus feodi ac ipſi hoſpitalario in eisdem duabus partibus nec non in bonis infraſcriptis competebant aut competere poterant modo quovis promittentes nos & ipſe hoſpitalarius ſimiliter promiſit ſe ratos gratos & inconvulſos omnia & ſingula pre-

miſſa fideliter habituros & pariter habiturum dolo & fraude penitus circumſcriptis. Specificatio vero bonorum de quibus promittitur hec eſt, & ſita ſunt in hunc modum videlicet jn dem Ban zu *Waltenheim* eyn acker wider den ſtegk nebent dem Reine. Jtem eyn Zweiteil nebent undern *Burgkarts* zune nebent der von *huſſensheim*. Jtem eyn halp Zweiteil uff die Heſeln nebent *Contzen*. Jtem ein halp ackers nebent *Druttolfesbach*. Jtem ein acker zucht uf die bach nebent der von *huſſensheim* wider das holz. Jtem zwen acker an den ſtrengun nebent dem *Secken* von *Strasburg*. Jtem Zweyteil zwuſchen den zwein becken. Jtem ein halb Zweiteil nebent dem pfade nebent dem *Secken*. Jtem eyn acker nebent dem *Contzen* vor den geren. Jtem eyn halp acker obewendig des wegs in den ſandackern nebent dem *Sicken*. Jtem ein acker nebent dem *Sicken* widder *Truttelfesbach*. Jtem eyn acker jm dungetal nebent dem *Sicken*. Jtem eyn halp acker uber dem wegk nebent der von *huſſensheim*. Jtem eyn halb acker im dungental gegen dem Bierbaum. Jtem eyn Zweiteil neben dem *Contzen* uff *Truttolſſen*. Jtem eyn halp acker nebent den Nunnen

an

an *Truttolffesbach*. Jtem ein acker under dem baumgarten nebent dem *Sicken* und iſt ein anewender. Das oberfelt eyn halp acker uff die ſteyge zu Duben Bornen. Jtem eyn halp acker uff der *Kubelerin* ſun nebent dem Lutprieſter. Jtem eyn halp Zweiteil uf die reben nebent der von *Huffensheim*. Jtem ein halp Zweiteil uff die reben nebent dem wideme gut. Jtem ein acker an dem ſteingeboſſe nebent der von *Huffensheim*. Jtem zwen acker nebent der heiligen boum nebent dem *Sicken*. Jtem eyn halp acker an dem Geren nebent der von *Huffensheim*. Jtem ein halp acker an den holtzberge nebent dem *Contzen*. Jtem eyn acker nydwendig der Leymgruben nebent der von *Groſtem*. Jtem eyn acker wider das nuſsboumlin nebent dem *Contzen*. Jtem zwene acker uff *Bottolfesheym* ſtege nebent dem *Sicken*. Jtem ein Zweyteil jn der quellen nebent den Nunnen ſtoſt uf den wegk. Jtem zwen acker widder *Bottolfesheym*. Jtem eyn vierteil und zwene acker nebent dungetal uf dem altenberge. Jtem eyn driteil iſt eyn anewender gegen der leumgruben diſs ſint die matten zwen aker matten uff dem graben nebent dem *Contzen* Diſs ſint die

reben eyn halp acker obewendig des dorfs nebent dem wideme gutt in dem ſteyn. Jtem eyn acker an dem lerchenberge nebent dem Reyne diſs ſint die Zinſe die do horent zum gutte vier cappen gytt die *Kremerin.* Jtem zwen ſchilling gyt *Elfesheym* von eynen halben acker zu *Eppoltzheim* reben. Jtem *Claudesberger* eynen ſchilling von einem halben acker zu *Eppoltzheim* reben. Jtem *Clauwesvaſant* ein untze von eym halben acker zu *Eppoltzheim* reben. Jtem *Johanns* von *Mummenheim Lamparter* zwen ſchilling von eym halben acker zu *Eppoltzheim* reben Diſs ſint die wyne zinſe die *Kremerin* eyn omen wins von eym Zweiteil oben an dem dorff. Jtem zwene halp acker an dem lerchenberge dovon gyt man eynen omen wynes. Jtem *Krethlin* eynen omes wins von eym acker lyt an dem altenberge. Jtem *Syfridt*, *Letha* anderhalben omen wins von eym acker an dem altenberge. Jtem *Fritzemann* der do iſt genant *Durre* von eym halben acker andern halben omen wins fur *Criſtin* kint ein fierteil wines den hoff halber Roeder *Fritzeman Knopſlin* langes uf. Jtem die matten halber die do heiſſent

zu

zu wendelboume wider *Waltenheim*. Jtem eyn plezelin ſtoſſet wider *Mummenheim* nebent ſunde. Jn dem ban zu *Gottensh im* eyn acker nebent *Katherinen* ſin drye acker nebent *houpt*. Jtem ein acker zu *Contzelhoeſte*. Jtem eyn vierdegezal uf dem graben neben den Nunnen. Jtem ein halbe frehte uff dem berge widder das dorf. Jtem ein halp acker an *Nuwilere* wege. Jtem ein halbe frehte indewendig *Brumgsheim* wege. Jtem die matten die do heiſſent der *ſlatte* und funf ſtucke ziehent daruff, davon geet zwey vierteil gelts. Jn quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium Sigillum noſtrum una cum Sigillo prefati hoſpitalarii preſentibus duximus appendenda & ego *Billungus* hoſpitalarius predictus fateor & recognoſco omnia & ſingula de me ſupraſcripta vera eſſe & peracta in omnem modum quem ad modum ſuperius eſt expreſſum. Jgitur eadem laudo & approbo per preſentes in hujus rei teſtimonium Sigillum meum duxi hijs literis apponendum. Actum XI. Kalend. *Januarii* (22. *Dec.*) Anno Domini Milleſſimo CCC^{mo} treceſimo quarto.

Digitized by Google

CLXXXV.

Litera fundationis altaris beate Marie Virginis prima Miſſa ſiti in parrochiali eccleſia ſancti Stephani in Selz.

In Dei nomine amen. Nos *Petrus* Dei gratia Abbas & Conventus Monaſterii Selſenſis Ordinis Sancti *Benedicti* Argentinenſis Diœceſis tenore preſencium conſtare cupimus univerſis, quod coram Nobis comparentibus *Ludewico* dicto *Volde* Clerico, *Elſa* relicta quondam *Fridemanni*, & *Anna* uxore *Hugonis* dicti *Klemming*, liberis quondam *Luzonis de Steinmure* advocati in *Selſe*, ac attendentibus & conſiderantibus quam pium, & quam ſalubre fore animabus illorum a quibus & quorum intuitu cultus divini numinis augmentantur in remedium anime dicti quondam patris ſui, nec non animarum matris & progenitorum ſuorum & ſuarum, ac horum qui prebendam ſubſcriptam inpoſterum duxerint augmentandam, fundaverunt de noſtra licentia conſenſu, auctoritate & voluntate, & inſtituerunt primam Miſſam ſacerdotalem, perpetuam habendam ſuper altari beate *Marie* Vir-

Virginis in parochiali noſtra Eccleſia videlicet Sancti *Stephani* in *Selſe* pro dotatione autem dicte prebende, nec non ſuſtentatione Sacerdotis ipſam pro tempore officiantis donaverunt & tradiderunt donacione & traditione inter vivos aſſignaverunt, & libere reſignaverunt, ad ipſam prebendam redditus & bona cum eorum juribus ſubnotatos. Ita tamen quod ſacerdos ſeu prebendarius ipſius prebende, ipſum altare pro tempore officians, Miſſis & Veſperis in ipſa Eccleſia Sancti *Stephani* per Vicarium celebrantem eccleſie ejusdem qui eſt pro tempore, diebus dominicis & feſtivis intereſſe, ſibique concelebrare teneatur. Item quod omni die in ortu diei, Miſſam celebrare debebit, prout ſibi fuerit inſpiratum divinitus, niſi in diebus feſtivis & dominicis per Miſſas dicti Vicarii ut premittitur, vel ex alia cauſa legittima fuerit impeditus, dictis etiam quibus, Miſſa ipſius prebendarii per concelebrationem predictam impediri contigerit, Miſſam eandem idem prebendarius ante vel poſt Miſſam dicti vicarii prout eidem vicario placuerit celebrabit. Et quod idem Sacerdos aſtrictus ſit ad omnia adverſus dictam

Eccleſiam Sancti *Stephani* ad que alii primiſſarii Dyœceſis Argentinenſis ſuis Eccleſiis communiter ſunt aſtricti, quodque jus patronatus, & jus preſentandi primiſſarium, ad dictam prebendam, ſeu primam Miſſam apud Abbatem pro tempore dicti Monaſterii debeat perpetuo reſidere, et quod idem Abbas, ad dictam prebendam quotiens vacaverit, actu ſacerdotem, bone et laudabilis vite, ac honeſte converſacionis preſentet, ad inveſtiendum, et preſentare loci Archidyacono teneatur, ad quam inquam prebendam volunt pro nunc *Ludewicum* Presbyterum filium *Johannis* dicti *Raſpe de Steinmure* pro primiſſario preſentari quem etiam nos *Petrus* abbas predictus ad prebendam eandem preſentibus preſentamus. Transferentes pro ſe et eorum heredibus univerſis ipſi donatores per porrectionem calami ut eſt moris in prefatum *Ludevicum* presbyterum preſentem vice et nomine ſuo ejusque ſucceſſorum in dicta prebenda nec non ipſius prebende recipientem in ipſam omne jus poſſeſſionem proprietatem, et dominium vel quaſi quo ſibi in dictis redditibus et bonis competebant aut compe-

tere

tere communiter vel diviſim poterant modo quovis. Promittentes quoque ſe ipſam donationem in modum preſcriptum, ratam firmam, et inconvulſam perpetuo habituros prenominato *Hugone* dicto *Klemming* coram nobis auctorizante, omnia per dictam *Annam* uxorem ſuam, facta de quibus ſuperius eſt narratum, dolo et fraude penitus circumſcriptis. Specificatio vero dictorum reddituum et bonorum eſt hec. Primo, videlicet predicti donatores dederunt et contulerunt annuatim X. maldra ſiliginis de bonis ſuis in *Steinmure* et in *Eilchensheim*, tam de agris curiis et pratis. Jtem due domus cum ortis et curiis ſite, apud curiam plebani in *Selſe*. Jtem XIII. uncias hallenſium de Macello dicti bonetoris. Jtem una libra hal. de Macello proximo apud fontem dicto *Markelburne*. Jtem una libra hal. de curia *Ludewici* ſculteti ſenioris. Jtem X ſol. hall. de domo *Hartungi* juxta novam portam apud fontem. Jtem ipſe *Ludewicus* dictus *Volde* dedit X. ſol. hall. de bonis ſuis in *Rudern*. Jtem *Johannes* dictus *Wolff* dedit V. uncias denariorum cum dimidia de agris ſuis ſitis *uffe der Huberwize*, quos *Johannes*

Walthelmus quartam Waldmarcæ partem vindicat monaſterio ſuo contra conventum in Enckenbach. 225. qui Conventus ad reſtitutionem injuſtè per-

perceptorum obligatur. ibid. protectorium monaſterii ab Alexandro IV. Papa obtinet. 226. vide *Molendinum Phuſt. monaſterium S. Diſibodi.*

Fridericus I. bona a Philippo milite de Karlebach adquiſivit. 228.

Joannes cum Ottone Abbate Schönaugienſi miſſus eſt ad Coenobium Padenhuſanum, (Corona virginum tunc nuncupatum) ad inquirendum, an locus aptus eſſet, qui incorporaretur ordini Cistercienſium. 229.

Godefridus a Wernhero dicto Colbo de Wartenberg intuitu Curiæ in Rorbach obtinuit jus paſcuæ & lignandi in Waldmarca & Brando. 230. 324.

Ulricus II. occurrit in Charta renuntiationis ab Agnete relicta Conradi de Lichtenſtein factæ reſpectu bonorum in Elſentze. 233. 360.

G . . . Abbatis integrum nomen detegi hucusque non potuit. 236. fundationem Godefridi de Randeck in Solatium Conventualium impendit. 237.

Abbas cum Conventu ad Parochiam Alſentze tenetur præſentare Clericum Sæcularem. 407. adſignare ei portionem congruam, quæ ad ſervandam hoſpitalitatem, ad jura Epiſcopi & Archidiaconi ſolvenda ſufficiat; idque ſub pœna nullitatis factæ incorporationis. 408.

Joannes Capitulo majori mogunt. ob conſenſum datum in præfatam incorporationem promittit duas libras ceræ ad uſum Eccleſiæ præſentandas quotannis in feſto B. Martini. 411. occurrit in litteris contractus cum Capitulo Eccleſiæ S. Pauli Wormatiæ. 239. conſentit in venditionem cenſus duarum librarum Hallenſium factam Eccleſiæ majori Wormatienſi. 417. profitetur, ſe ad Eccleſiam Albich, quotiescunque vacaverit, præſentaturum Sacerdotem Sæcularem idoneum, qui ſit Vicarius perpetuus Parochiæ. 429. cui tenetur relinquere portionem congruam, quæ ad hoſpitalitatem ſervandam ſufficiat. ibid. Eccleſiæ Moguntinae in ſignum beneficii promittit duas libras ceræ præſentandas in feſto B. Martini. 430.

Henricus profitetur, ſe in caſu

Digitized by Google

caſu, quo fundationi Mechtildis de Lutra relictæ Henrici de Sickinhuſen non ſatisfecerit, octo libras Hallenſium ſoluturum Eccleſiæ majori Wormatienſi. 431. a Ludovico Bavaro Imperatore obtinet confirmationem juris Patronatus in villa Nierſtein. 241. 433. ſq. conſentit in alienationem bonorum in Nittesheim factam ab abbatiſſa monaſterii Horti S. Mariæ (Kirſchgarten) 241.

Petrus Capitulo moguntino dat litteras recognitionis de dandis duobus talentis ceræ ad fabricam in feſto B. Martini pro obtenta incorporatione Eccleſiæ & Capellæ in Nierſtein. 242. 438.

Philippus bona oppignorat Dizoni de Wachenheim, 243.

Nicolaus profitetur, Ottonem Wildgravium de Kirchberg Conventui procuraſſe penſionem quinque librarum pro piſcibus bonis. 244. 453.

Fridericus cum Diethero Camerario de Wormatia mutuum contractum init. 460. a Diethero & ejus conjuge Gudechin Landſchaden de Steynach recipit centum viginti ſex florenos, ſub onere ſolvendi quotannis florenos quatuordecim filiæ præfati Dietheri, moniali in Hochheim propè Wormatiam. 460.

Conradus occurrit in diverſis contractibus. 245. fors eſt Conradus de Binngheim ex Maulbrunnenſi monaſterio poſtulatus. ibid. villam Hilſperg vendit Ludovico Comiti Palatino. 246. conſentiunt diverſi abbates. 467. fratribus Auguſtinianis Heidelbergæ vendit cenſum annuum in Ormsheim. 246. 468.

Petrus cum Conventu ſuo, loco trium judiciorum (Hubengericht) conſtituit judicium Scabinorum unum, in Erlenbach, Reichenbach & Gerſtweiler. 246. 475.

Joannes idem hoc ſe præſtitiſſe adſerit ſub aſſiſtentia Comitis Palatini. 247. 485.

Abbas juxta tenorem incorporationis apoſtolicæ parochiarum Offenheim, & Alſenzbruck haberet jus, Rectores Parochiarum ſive regulares, ſive ſæculares ad nutum amovibiles conſtituendi. 490. prævia tamen auctoritate archidiaconi. ibid. qui huic

huic juri renuntiat pro cenſu annuo ſedecim ſolidorum Hallenſium ſibi a monaſterio ſolvendorum. 491.

Pirminius a Ludovico & Friderico Comitibus Palatinis obtinet litteras monaſterii protectorias, & libertatum confirmatorias 247. 492. cum Joanne Bolen de Ruprechsberg contractum init monaſterio proficuum. 248.

Wigandus a Carolo V. obtinuit confirmatorium omnium monaſterii ſui privilegiorum. 248. adſtitit ſolemni inaugurationi Joannis Abbatis Eberbacenſis in Rhingavia & hujus ſucceſſoris Andreæ. 248.

Wendelinus electioni Palladis in abbatem Eberbacenſem præſens interfuit. 248. orto gravi Religionis diſſidio ſub Friderico III. Palatino Comite anno 1561. una cum Coenobitis ſuis exulare coactus eſt. 248. ſepulturam nactus Wormatiæ in Periſtylio Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ. 249.

Petrus Wilhelmus titulum abbatialem adeptus eſt reſtituto per militem Hiſpanum monaſterio, 249. dein per proviſionem abbatis Lucellenſis. ibid.

Caſparus Jongelinus abbatiam moderatus eſt uſque dum anno 1648. Princeps Palatinus eam denuo occupavit. 249.

Abbas Petrishuſenſis cum ſuis fratribus advocatos monaſterii conſtituit auxiliante Epiſcopo Conſtantienſi. T. 4. p. 197. & Subadvocatos. ibid. in Regimine monaſterii & bonorum ſolus eſt Dominus. 198.

Abbas Pragæ in nova civitate Canonicorum regularium S. Caroli eſt viſitator quatuor ſacerdotum ſui ordinis Ingelhemii commorantium. 162.

Valentinus confert Præpoſituram Ingelheimenſem. 250. jus hoc a primo fundatore Carolo IV. abbati conceſſum & a Bonifacio VII. Papa eidem confirmatum. 251. Abbas Præpoſitum ad nutum revocare valet. 251. hic Valentinus tunc Pirnæ exulabat. 251.

Abbas Prumienſis Wolfframus querelas movet contra advocatos & Sub-advocatos monaſterio S. Salvatoris maximè nocivos

vos coram Henrico III. Imperatore. T. 4. p. 220. qui audaciam eorundem ſupprimit. 223. ſq.

Abbas Rodenkirchenſis Mathias contra Philippum Comitem Naſſovio-Saræpontanum ceu advocatum querelas movet coram Joanne II. archiepiſcopo mogunt. T. 4. p. 248. 250. Ludovicum Comitem Palatinum ſibi petit tutorem. ibid. quem ab archiepiſcopo, cui jus dandi & tollendi advocatum competit, obtinet. 250. 251. ſine præjudicio tamen Eccleſiæ moguntinæ. 251.

Abbas Selſenſis Liborius cum conſenſu Clementis III. Papæ reditus quosdam impendit in uſus peregrinorum & pauperum. T. p. 172.

Joannes ceu Imperii Princeps ab Henrico VII. Rom. Rege de regalibus feudis inveſtitur. T. 6. p. 175.

Petrus fundat miſſam perpetuam ſuper altare SS. Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ in Eccleſia Salſenſi, ex bonis feudalibus a Ludovico Armigero de Waltenheim monaſterio reſignatis. 177. Billungus filius Ludovici & hoſpitalarius monaſterii Salſenſis conſentit, & uſumfructum feudi reſignat. 179. Abbas cum hoſpitalario transfert proprietatem & poſſeſſionem bonorum in clericum Joannem dictum Seſter de Selſe per porrectionem calami. ibid. cui hanc præbendam confert. ibidem bona dotalia recenſentur. 180. ſq. conſentit in fundationem miſſæ perpetuæ ad altare B. M. Virginis in Eccleſia Parochiali S. Stephani in Seltz. 184. eſt Patronus altaris. 186. 193. proprietatem & poſſeſſionem bonorum & redituum per porrectionem calami transfert in præbendarium. 186. inſuper ſibi reſervat jus Patronatus vicariarum & præbendularum capellarum ſpectantium ad Eccleſiam parochialem. 193. porro collationem Praebendae in altari S. Crucis. 198.

Hugo confirmationem juris Patronatus altaris S. Udalrici in Steinwilre petit a Praepoſito Eccleſiae Spirenſis. 205. Conſentit in novam fundationem Capellae in villa Rudern. 208. 210. Cujus jus Patronatus poſt obitum filiorum fundatoris ad Abbatem tranſit. 208. 209.

Ul-

Ulricus cum Conventu fundat miſſam perpetuam ad altare SS. Trinitatis. 219. 227. Jus Patronatus reſervatur Abbati. 226. 229.

Abbates Salſenſes vel Selſenſes vide. T. 2. p. 90. ſqq.

Abbas Schwartzacenſis ab advocatis vexatus liberam habet facultatem, transferendi clauſtrum & conventum cum omnibus annexis in alium locum. T. 4. p. 243.

Abbas Spanheimenſis Joannes de Colenhauſen cum aliis electus fuit, qui diſciplinam Congregationis Bursfeldenſis introduceret in monaſterio Limburgenſi ad Hartam. T. 1. p. 71.

Joannes Trithemius Spanheimenſis electus moguntiae in monte Specioſo munus benedictionis accepit a Bertholdo Pariadenſi Epiſcopo, Alberti adminiſtratoris moguntini in Pontificalibus Vicario. T. 1. p. 71. Cauſas motivas pro ſaeculariſatione monachorumClingenſium Innocentio VIII. Papae propoſitas dicit frivolas & falſas. T. 2. p. 8. Epocham fundationis Canonicorum regularium in Ingelheim inferiore recentiorem ſtatuens ex dato diplomatis corrigitur. 163. uti & alia jam refutata reſpectu Caroli M. ennarrans. ibid. & ſq. ejusdem ad Richmodem de Horſt abbatiſſam monaſterii Sebacenſis Epiſtola. T. 5. p. 65. ſq.

Abbas Stabulenſis Poppo a Conrado Salico conſtituebatur exſtructor cœnobii Limburgenſis ad Hartam. T. 1. p. 29. qui Joannem Nepotem ſuum huic praefecit Cœnobio. 30.

Abbas S. *Trudperti* ab advocatis non turbetur in ſua gubernandi poteſtatate. T. 4. p. 177.

Abbas Uterinæ Vallis Henricus cum Conventu duo jugera vinearum in Albrethswilre elocat in perpetuum pro cenſu annuo unius maldri Siliginis cum dimidio. T. 4. p. 285.

Conradus ceu Patronus & Paſtor primitivus Eccleſiae parochialis in Annewilre conventionem init cum Plebano ibidem ratione congruae. 194. quae tamen conventio non ſit in praejudicium ſucceſſoris. 295.

Henricus cum Conventu bona in Weſtheim (des Lauwersgut dicta) dat

Ee-

Eccleſiae Spirenſi pro cenſu annuo. 314. Conductoribus areæ in Swebechenheim quotannis permittit unum plauſtrum lignorum, dictorum Gerten; ex rubis in Metersheim. 326. præſentat ad Parochiam Kanskirchen. 442. ex conventione cum Ludovico Bavarienſi, Domino in Scharffeneck quotannis Carratam vini ſuis ſumptibus transportari curat uſque Scharffeneck. 451. jus venandi in terris Ludovici ſalvum habet. 452. cum Ludovico Comite Veldenſi componit controverſias, jus venandi partim ſpectantes. ibid. Carratas vini duas mittit in Caſtrum Trifels pro Capellanis. 454. qui ſint duo monachi uterinae vallis bonorum monrum. 455. eſt viſitator monaſterii monialium in Heilsbruck. T. 5. p. 101.

Weigandus conſentit in reſignationem dimidiae juriſdictionis in Edinkoben ab abbatiſſa in Heilsbruck factam Ludovico Comiti Palatino. T. 5. p. 105.

Abbas Wadegotienſis vi conventionis cum Joanne abbate Otterburgenſi quotannis praeſentat duodecim maldra Siliginis ad curiam Otterburgenſem in Buckenheim. T. 1. p. 324.

Abbas in Waldſachſen habet jus, inquirendi in exceſſus civium in Durſenrewt. eosque puniendi. T. 4. p. 110. jus aggratiandi, ſive pœnam mortis a judiciis in Durſenrewt pronuntiatam permutandi in pœnam temporalem. 114. emendandi politiam 115. juſtificat rationes Eccleſiæ in praeſentia ſenatorum civitatis. 117. quos inſtituit. ibid. eſt Dominus Civium, cui ceu fideles ſubditi obediant. 118. ad portanda imperii on ra requiſitus cauſam non ipſus agat coram Imperat re & Imperio, ſed eam committet Comitibus Palatinis ceu advocatis. 121. Neo-electus promittat, ſe ſervaturum conventionem cum Comitibus Palatinis initam. 125. 138.

Nicolaus praefatam conventionem acceptat. 149. ſq.

Abbas Werdenſis habet quoque Regimen monaſterii S. Ludgeri. T. 4. p. 153. urbi dominabatur, advocatum tamen habuit ſemper ex illuſtri familia & nobilitate. 154.

Abbas in Wettingen advoca-

catiam Eccleſiæ Tellewile a Rudolpho Comite de Habisburc, Landgravio Alſatiæ obtinet perpetuo poſſidendam. T. 4. p. 203.

Abbas Wizzenburgenſis Wolmarus a Poppone abbate Limburgenſi conſtitutus. T. 1. p. 33.

Abbatis libera Electio conceditur cœnobitis in Lauresham a Carolo M. francorum Rege. T. 4. p. 16. a Ludovico pio. 23. ab Ottone I. 29. a Benedicto VII. Papa. 32. ab Alexandro III. Papa. 42. eadem facultas ab Ottone I. datur monachis S. Maximini. 59. monachis Salſenſibus ab Ottone III. 72. Fabarienſibus a Conrado II. Imperatore. 88. Murenſibus a Wernhero Spirenſi Epiſcopo fundatore. 157.

Abbatiſſa Comedenſis Gertrudis Decano & Capitulo majori mogunt. promittit duas libras bonæ ceræ quotannis dandas in feſto B. Martini ob conſenſum datum in incorporationem Eccleſiae in Burneheim factam monaſterio. T. 5. p. 457. abbatiſſae hujus monaſterii recenſentur. p. 464. ſeq.

Abbatiſſa Daimbacenſis Agnes monaſterio Sion vendidit reditus in Rotde. T. 6. p. 103. reditus hi cedunt duabus monialibus in Sion. 152.

Abbatiſſa in Heilsbruck Agnes, acceptis quinque libris Hallenſium renuntiat juri, quod habuit ſuper domum Landavii ſitam retro curiam monaſterii uterinae vallis. T. 4. p. 428.

Cunegundis permutationem bonorum init cum Colono Canonicorum Spirenſium in Edenkoben. T. 5. p. 94.

Sophia nata Kislin de Dürckheim medietatem jurisdictionis in Edinkoben reſignat Ludovico Comiti Palatino. T. 5. p. 99. ſq. Abbatiſſas hujus monaſterii vide p. 117.

Abbatiſſa in Himmelgarten ſive hortus caeli in Altzey cuidam dat licentiam vendendi cenſus quosdam patrimoniales. T. 6. p. 59.

Abbatiſſa horti S. Mariæ (Kirſchgarten) Wormatiae. *Clara* bona quaedam in Nittesheim alienavit cum conſenſu abbatis Otterburgenſis. T. 1. p. 241.

Abbatiſſa Kemnatenſis ex diſpoſitione Henrici III.

Re-

Regis habet liberam advocati electionem, cum conſenſu monialium. T. 4. p. 185.

Abbatiſſa Mariæ Coronæ Margaretha Hilchin de Lorch praeſentavit ad altare S. Georgii Oppenhemii. T. 5. p. 396. ad altare SS. Joannis Baptiſtae & Evangeliſtae. ibid. ad altare decem millium Martyrum. 397. Abbatiſſas hujus monaſterii vide p. 399.

Abbatiſſa Neuburgenſis propè Heidelbergam Sabina nata Comitiſſa domus Bipontinae contractum init ſuper bonis quibusdam cum Eliſabetha Abbatiſſa Sebacenſi. T. 5. p. 83.

Abbatiſſa Sebacenſis liberè eligitur a monialibus. T. 5. p. 56. electa abbati Limburgenſi praeſentanda, per cujus manum curam Regiminis obtinet. ibid. emit bona a Conventu monialium in Schönfeld. 61.

Betza de Dorckheim domum monaſterii Wormatiae in der Kuhegaſſen ſitam elocat in perpetuum pro cenſu decem Schillingorum Hallenſium. 62. ſq.

Richmodis de Horſt a Joanne Trithemio Epiſtolam obtinet. p. 65. ſq. Abbatiſſa haec in monaſterio apud SS. Machabaeos Coloniae ad vitam Religioſam fuerat inſtructa. 66.

Irmentrudis ab Innocentio III. Papa obtinet monaſterii protectorium. 82.

Eliſabetha vide *Abbatiſſa Neuburgenſis.*

Margaretha de Nyppenburg a Maximiliano II. Imperatore monaſterii ſui protectionem obtinet. 83.

Abbatiſſa in Sion cum Conventu bona in Frymersheim reſignat Donatrici Agneti de Dydensheim. T. 6. p. 110.

Gertrudis cum Conventu bona in Triburio vendit domui Teutonicae moguntinae. T. 6. p. 131.

Abbatiſſa cum Conventu promittit duas libras cerae quotannis praeſtandas Decano & Capitulo Moguntino ob conſenſum datum in incorporationem Eccleſiae Mauchenheim factam monaſterio. 147. Abbatiſſas hujus monaſterii vide T. 6. p. 157.

Abbatiſſa S. Spiritus apud Alzeiam Adelheidis molendinum in Mönchbiſcheim reſignat abbati Otterburgenſi. T. 1. p. 237. T. 6. p. 53. bona in

Odirnheim ſibi oppignorata & cenſitica pronuntiat libera. T. 6. p. 53. Bona hæc ſunt Henrico Eſel armigero de Bertholvesheim propria, cujus filia inter moniales eſt. ibid.

Abbatiſſa S. Stephani infra muros Argentinæ ex diſpoſitione Ludovici Germanici præſit monaſterio authoritate Epiſcopali. T. 4. p. 56.

Abbatiſſa in Weidas Margaretha Utzingerin Philippo Comiti Palatino ejusque hæredibus dat medietatem villæ Imsheim. T. 6 p. 83. 87.

Apollonia de Franckenſtein medietatem villæ Daudenheim dat Ludovico Comiti Palatino, ejusque hæredibus. T. 6. p. 93. 96. Abbatiſſas hujus monaſterii vide p. 100. ſq.

Abdinckhofen monaſterium O. S. Benedicti obtinet confirmationem privilegiorum & bonorum ab Henrico II. Imperatore. T. 4. p. 183.

Academia equeſtris Selſæ inſtituta a Friderico III. Electore Palatino reditus Præpoſiturarum Selſenſis & Hertenſis obtinet. T. 2. p. 89. doctrinam Auguſtanæ confeſſionis a Ludovico, Friderici ſuccaſſore inductam non admittens abrogata eſt. 90.

Advocatia unius alteriusve prædii Principi aut Comiti data non eſt ad univerſas monaſterii poſſeſſiones extendenda. T. 4. p. 109.

Advocatia monaſterii Albæ dominorum a Simone gemini pontis Comite & Ottone de Eberſtein præ cæteris validius uſurpata ſuſcipitur a Rudolpho Rege Rom. T. 4. p. 179. ne tamen in abſentia Regis auxilio deſtituatur monaſterium, advocatia concredatur ex libera abbatis electione cum conſilio fratrum uni, è familia fundatorum de Eberſtein. 180. quin exinde jus pro futuro naſcatur in familia. ibid.

— — monaſterii Aldersbach. vide. *Abbas monaſterii Aldersbach. Imperator Otto IV.*

— — Monasſterii Altaich a Friderico I. Rom. Rege committitur Epiſcopo Babenbergenſi. T. 4. p. 202.

— — Monaſterii Arnsburgenſis reſervatur fundatoribus Conrado de Hagen & Arnesburg, ejusque

que hæredibus. T. 4. p. 174. inter hæredes liberam electionem habet abbas. ibid.

Advocatia Monasterii Arnſteinenſis ab Hillino Archiepiſcopo Trevirenſi reſervatur ejus ſucceſſoribus. T. 4. p. 202.

— — Monaſterii Burſfeldenſis reſervatur fundatoribus, eorundemque hæredibus. T. 4. p. 166. nulli detur in beneficium, ſed ad nutum abbatis uni hæredum commendetur in abſolutionem peccatorum, ex diſpoſitione Henrici IV. Imperatoris. ibid.

— — Monaſterii Conradsdorff tranſit ad hæredes Hardtmanni de Budingen. T. 4. p. 178. non tanquam feudum, ſed in defenſionem monaſterii. ibid. ex defectu hæredum idoneorum tranſiens ad Archiepiſcopum mogunt., nec in feudum detur cuique, nec alio modo alienetur. ibid.

Advocatia in Dürckheim & Scaturigines quædam Salinariæ ab Henrico de Lewenſtein abbate Limburgenſi in feudum dantur Comiti de Leiningen T. 1. p. 67. ſuper hac advocatia Sifridus de Bergen, Abbas Limburg. compoſitionem init cum Emichone Comite de Leiningen. 83.

— — Monaſterii Einſidelenſis a Lothario III. Imperatore datur Lutoldo de Regensberg fundatori ejusque hæredibus, cum conſenſu abbatis. T. 4. p. 172.

— — Monaſterii Gemblacenſis in Brabantia ab Ottone I. Imperatore Commiſſa eſt Lamberto Comiti Lovanienſi forti & bellicoſo, cum electione abbatis & fratrum. T. 4. p. 60. qui comes in abbatia & villis ejus nihil exigat, præter jus & beneficium ſibi conſtitutum. ibid.

— — Monaſterii Georgenthal ab Henrico I. archiepiſcopo mogunt. reſervatur ſibi & ejus ſucceſſoribus. T. 4. p. 202.

— — Monaſterii virginum in Geſeck ab Ottone I. Germanorum Rege Comiti Hoholt loci fundatori, ejusque hæredibus reſervat. T. 4. p. 154.

— — Monaſterii virginum in Heilsbruck Epiſcopo Spirenſi concredita, ab hoc alienari nequit. T. 5. p. 92. a Ludovico Bavaro Im-

Imperatore confertur Rudolpho Comiti Palatino. 98.

Advocatia vide *Hirſaugienſe Monaſterium.*

— — Monaſterii Limburgenſis ad Hartam de novo ſuſcipitur a Philippo Electore Palatino. T. 1. p. 150.

— — Monaſterii Lorchenſis ad inſtantiam monachorum a Conrado III. Rom. Rege darur Friderico duci cognato. T. 4. p. 173. qui eam nulli perſonæ ſecundariæ regendam concredat. ibid. major natu de familia per electionem abbatis, fratrumque eam obtineat. 174.

— — Monaſterii S. Ludgeri ab initio fuit penes duces Saxoniæ. T. 4. p. 155. tranſiit ad Comites Palatinos Summerſeburgicos. ibid. extincta hac familia Henricus Leo, qui præfatos Comites vocat cognatos ſuos, arcemSummerſeburgicam occupavit, & advocatiam Ludgerianam ſibi ſuisque vendicavit. 156.

— — Monaſterii S. Maximini ab Ottone III. Rom. Rege relinquitur liberæ abbatis, fratrumque electioni. T. 4. p. 64. 207.

— — Monaſterii meſſinenſis a Roberto Friſio, Flandriæ Comite reſervatur uni de familia. T. 4. p. 166.

— — Monaſterii montis Angelorum ex diſpoſitione Friderici I. Imperatoris nunquam ſit hæreditaria. T. 4. p. 96.

— — Monaſterii montis S. Joannis in Rhingavia ab Adelberto I. Archiepiſcopo mogunt. reſervatur ſibi ſuisque ſucceſſoribus. T. 4. p. 201.

— — Monaſterii murenſis reſervatur à Wernhero Epiſcopo argentinenſi fundatore familiæ ſuæ de Habesburch. T. 4. p. 158. & quidem natu majori in Caſtro Habesburch. ibid. extincto ſtemmate maſculino tranſit ad mulierem ejusdem familiæ, ad quam caſtrum præfatum jure hæreditario devolvitur. ibid. quæ eam de manu abbatis ſuſcipiat. ibid. advocatia nonniſi ab abbate conferri poteſt, qui nec eam in beneficium cuique dat. ibid.

— — Monaſterii Ochſenhuſani a libera Abbatis collatione dependet. T. 4. p. 187.

— — Monaſterii S. Petri Crucenaci ad Imperatorem

Digitized by Google

rem ſpectat. T. 5. p. 311. a Sifrido Rhingravio cum omni jure, quod habuit in monaſterium, & in bona villæ Wylre venditur Abbatiſſæ & Conventui. 324. advocatia eſt redimibilis. 325. ab abbatiſſa & conventu datur Walramo Comiti de Spanheim ad dies vitæ. 331. poſt cujus obitum electio libera eſt penes abbatiſſam & conventum 332.

Advocatia Monaſterii Richenbach a Priore & Conventu datur Conrado militi de Nunekke. T. 4. p. 194. advocatia, quæ hic loci feudum dicitur, tranſit ad hæredes. ibid. vacans tamen a Priore & Conventu peti debet. ibid.

— — Monaſterii Rodenkirchenſis a Joanne II. archiepiſcopo mogunt. ad inſtantiam abbatis datur Comiti Palatino. T. 4. p. 251. vide. *Abbas Rodenkirchenſis.*

— — Monaſterii Schwabenheimenſis reſervatur Meginhardo Comiti de Spanheim ejusque hæredibus. T. 5. p. 128. inter hæredes is advocatiam habeat, qui prædia ad caſtrum pertinentia hæreditario jure poſſederit, & inveſtituram ab archiepiſcopo mogunt. obtinuerit. ibid.

— — Monaſterii Selſenſis olim ad marchiones Badenſes ſpectans a Palatino Comite una cum Eccleſia occupabatur. T. 2. p. 89. ab Hermanno V. Badenſi, nunc Veronenſi, marchione in pignus dabatur abbati Selſenſi Helnwico, ne alteri oppignorata in damnum monaſterii vergat. 94. negotium hoc perfecit Henricus VI. Imperator. T. 4. p. 83. 84.

— — in Spehtesbach monaſterio uterinæ vallis reſignata ab Henrico Imperatore confirmatur monaſterio a Clemente IV. Papa. T. 3. p. 50. ſub Wilmanno abbate adquirebatur pro allodio in Longenvelt. 51.

— — Monaſterii S. Stephani Argentinæ nemini competit, niſi abbatiſſa cum voto monialium per conſilium Epiſcopi quendam apud pallatium expoſtulaverit. T. 4. p. 57.

— — Eccleſiæ Tellewile a Bertholdo de Snabelburc jure feudi poſſeſſa, ac reſignata, abbati & conventui in Wettingen confertur a Rudolpho comite

mite de Habisburc Landgravio Alſatiæ. T. 4. p. 203.

Advocatia Monaſterii S. Trudonis ab Adelberone Epiſcopo metenſi data fuerat fratri ejus Friderico duci Lotharingiæ, ſive moſellanorum. T. 4. p. 199.

— — Monaſterii Waldſachſen ſuſcipitur a Friderico & Ludovico Comitibus Palatinis. T. 4. p. 119. ab Imperatoribus jam concredita fuerat anteceſſoribus comitum præfatorum. 128.

Advocatus Monaſterii Abdinckhofen ab abbate & fratribus in defenſorem electus & ab Epiſcopo conſtitutus, ſolus exerceat poteſtatem cum præcepto & conſilio abbatis. T. 4. p. 183.

— — Monaſterii Adelbergenſis ſit ille, qui eſt, vel erit dominus de Stowfen. T. 4. p. 177. Subadvocatus a Præpoſito & Conventu eligitur. ibid.

— — Arnsburgenſis ab abbate eligitur ex familia fundatoris. T. 4. p. 174. ejus reditus & obligationes. ibid. ſi poteſtatem excedat, abbas querelas ſuas deferat ad archiepiſcopum mogunt. 175. ad monitus & non emendatus amovetur, & abbas alium de familia ſubſtituit. ibid. juſtitiam facturus ab abbate vocatus, cum duobus tantum militibus veniat, queis pro illa die neceſſaria miniſtrantur ab abbate. ibid.

— — Monaſterii Beronis ſit è familia Ulrici Comitis de Lenzburg. T. 4. p 160. qui ſemper ſtudeat utilitati loci. ibid. in feſto S. Michaelis per triduum publico convivio omnes in Chriſti nomine advenientes pauperes & Eccleſiaſticos paſcat. 161. in anniverſariis benefactorum pauperes & canonicos loci charitative reficiat. ibid. quin idcirco annonæ Canonicorum quidquam ſubtrahat. ibid. ejus reditus determinantur. ibid. Canonicis damnum inferens ab Epiſcopo Conſtantienſi corripiatur. 162. qui non emendatum abjiciat, & advocatiam pro ſe ſuisque ſucceſſoribus teneat. ibid. ſi & Epiſcopus, vel conſtitutus ab eo advocatus Canonicis damnoſus fuerit, advocatiam habeat Imperator, cujus judex ſit ſolus Deus. 163.

— — S. Blaſii electus non pro terreno commodo,

ſed

ſed pro remiſſione peccatorum & pro æterna mercede advocatiam habeat & tractet. T. 4. p. 90. officio ſuo non ſatisfaciens, & poſt trinam admonitionem non emendatus, ab abbate cum conſilio fratrum reprobari & alius eligi poteſt, ſub patrocinio Imperatoris, ibid.

Advocatus monaſterii Blawbeurn eſt Comes Wirtenbergicus. T. 4. p. 247.

— — Bursfeldenſis abſque permiſſione vel rogatione abbatis nullam in abbatia poteſtatem exerceat. T. 4. p. 166.

— — Cambergenſis ab abbate cum conſilio fratrum eligitur. T. 4. p. 186. placitum habet in villa Dungenthal. 187. ejus reditus in hoc placito. ibid. Subadvocatum conſtituens vel injurias monaſterio faciens, ab abbate, cum adjutorio Epiſcopi Herbipol. & conſilio fratrum reprobari poteſt, & alius eligi. 187.

— — Einſidelenſis è familia fundatoris fit is, qui Caſtellum Regensberg poſſidet. T. 4. p. 172. non temporale commodum, ſed remiſſionem peccatorum ſperet. ibid. injuſtus contra monaſterium, ter monitus & non emendatus, poſt inducias ſex hebdomadarum advocatia privetur. ibid. ſi aptus è familia non exiſtat, in arbitrio abbatis eſt, conſtituere alium. ibid.

— — S. Emmerani juxta muros civitatis Ratisbonenſis ab hominibus, in monaſterio vel prædiis, manentibus nihil habeat, niſi cenſum capitalem. T. 4. p. 49. contravenienti pœna ſtatuitur a Ludovico Rege. ibid.

— — Epternacenſis monaſterio nocivus poteſtatis ſuæ juſtos obtinet limites. T. 4. p. 215. ſq.

— — Cellæ Falckenau ab abbate & fratribus ejus Erphesfordienſis cœnobii in monte poſiti eligitur. T. 4. p. 188.

— — S. Galli prædium Joannis villa dictum ceu hæres benefactoris repetere volens tandem conventione inita cum abbate prædium hoc ad dies vitæ obtinet. T. 4. p. 204. idem bona in Uzzinswilare & Paſcua Alben monaſterio tradit, reſervato ſibi ad dies vitæ uſufructu. 205. poſt ejus obitum omnia cedunt monaſterio,

excepta pecunia uxoris & domeſticorum ſuppellectilibus. ibid.

Advocatus Gerodenſis eſt ſenior familiæ Stadenſis T. 4. p. 169. ejus reditus & obligationes. ibid. Eccleſiam damnificans perdit advocatiam. ibid.

— — Gottesaugienſis ſumendus è familia Bertholdi Comitis, ſi abbas cum conſilio fratrum idoneum invenerit. T. 4. p. 189. ejus obligationes & reditus. ibid.

— — Monaſterii Heilsbruck pro villanis conſtituitur ab Epiſcopo Spirenſi. T. 5. p. 92.

— — Hirſaugienſis è familia comitis de Caſtello ſumitur, ſi abbas cum conſilio fratrum talem invenerit, qui monaſterii libertatem & juſtitiam pro æterna mercede, non pro terreno commodo defendere voluerit. T. 4. p. 163. ejus obligationes & reditus. 164. non licet ei, Subadvocatum conſtituere. 164. damnoſus monaſterio reprobatur. ibidem.

— — Laureshamenſis in poſſeſſionibus monaſterii caſtella vel munitiones non erigat. T. 4. p. 42. familiam, ſive colonos Eccleſiæ novis & indebitis exactionibus non fatiget. ibid. nec abbati in juſtitiis Eccleſiæ requirendis ſeu obtinendis contrarius exiſtat. ibid.

— — in Lobenvelt ad preces monachorum fuit Boppo ſenex comes de Lauffen, qui monaſterio vicinus ex pietatis & Benevolentiæ affectu monaſterio ſæpè auxilium præſtitit ad id rogatus. T. 4. p. 95. ejus filius inde concludens, ſe advocatum eſſe jure hæreditario, privilegia turbavit. ibidem. tandem a Conrado II. Wormatienſi Epiſcopo & Sifrido monaſterii Præpoſito convictus injuriarum, ceſſit & juri prætenſo advocatiæ renuntiavit. ibid.

— — Lorchenſis a Conrado III. Rom. Rege. ad preces monachorum conſtituitur Fridericus dux ejus cognatus. 173.

— — Cœnobii monialium Mariæmünſter in Weſphalia eligitur a monialibus talis, qui eis ſit neceſſarius, non gravis. T. 4. p. 192.

— — S. Maximini in villis monaſterii cum hominibus, qui vocantur Scara-

rarii, placitum non habeat, niſi in præſentia abbatis vel præpoſiti. T. 4. p. 65. 297. advocatus nullum poſt ſe ponere præſumat, qui vocetur poſt advocatus. 184. advocati in vico Swegerbach reditus determinantur ab Ottone II. Rege. 206. advocatorum S. Maximini officium & poteſtas ab Henrico IV. Imperatore novis legibus conſtringitur 208 ſq. nonniſi ter in anno placitum habeant. ibid. non exequentes ea, quæ in placitis fuere accuſata & judicata, redituum ſubtractione puniuntur 209. 234. ab abbate ad inquirendum in delicta vocatus advocatus mulctæ partem tertiam habet. 210. 230. ſq. advocatus, qui bannum a regia manu habuerit, proxima die poſt feſtum S. Maximini ſuper prædia & mancipia placitum habebit a prima uſque ad nonam. 212. 231. 236.

— — Montis angelorum a Patre monaſterii invitatus veniat, ut judicem agat non in loco ſancto, ſed alibi, ubi id Patri viſum fuerit. T. 4. p. 96. pro labore nullum aliud ſervitium, jus aut beneficium habet, niſi æternam Dei mercedem, & tertium bannum in placitorum diebus; porrò unum modium Speltæ, & unum Friscingum valentem ſiclum, & unum ſiclum de vino. 96. bona & loca monaſterii ſuis frequentiis temerarius & ſine cauſa juſta non adeat, nec ſine voluntate Patris monaſterii. 97. nec pernoctandi ibi licentiam habeat, nec ſubadvocatum conſtituat, ibid.

— — Murenſis non audeat quidquam de rebus monaſterii, nec de ipſa advocatia cuiquam præſtare T. 4. p. 158. ejus obligationes & reditus 167.

— — Ochſenhuſanus ab abbate conſtituitur. T. 4. p. 187. ſubadvocatum non habeat. 188.

— — Paterniacenſis contra monachorum voluntatem a nemine conſtituatur. T. 4. p. 196.

Advocati Petrishuſani electione abbatis & fratrum in defenſorem præficiantur manu Epiſcopi conſtantienſis. T. 4. p. 197. Subadvocatos non conſtituant, niſi ad petitum abbatis. ibid. placitum celebrantes cum familiis

mo

monaſterii, ultra duodecim caballos ſecum non ducant. 198. multarum partem tertiam obtinent. ibid. famuli & homines ſervitute adſtricti monaſterio non ſubſtant placitis advocatorum. niſi rebelles vel fugitivi fuerint. ibid. mulieres maritatæ ſive ancillæ ob defenſionem advocatorum nullo cenſu onerentur. ibid.

Advocatus Prumienſis quid ſub nomine ſervitii integri percipiat? T. 4. p. 226. vide *Abbas Prumienſis Wolffræmus.*

— — Monaſterii Richenbach eligitur Conradus miles de Nunekke. T. 4. p. 194. vide *Advocatia.*

— — Rodenkirchenſis Philippus Comes Naſſovio-Saræpontanus querelis oneratur & advocatiam perdit. T. 4. p. 248. vide *Abbas.*

— — Schönaugienſis ſumitur de familia Roberti de Lurenburg, qui advocatiam de manu Adelberti archiepiſcopi moguntini ſuſcepit. T. 4. p. 171. hæres ejusdem, qui prædium milene tenuerit, & Dominus in Caſtro Lurenburg hæreditarius fuerit, ſit advocatus. ibid. non licet ei ſubſtituere advocatum. ibid.

— — Schwabenheimenſis ex familia comitum de Spanheim is eſt, qui caſtrum cum bonis jure hæreditario poſſederit. T. 4. p. 170. hic ab archiepiſcopo mogunt. inveſtitus absque ulla contradictione advocatus exiſtat. ibid.

Advocati Schwartzacenſes compoſitioni per Bertholdum Epiſcopum argentinenſem procuratæ contravenientes excommunicantur & advocatia privantur. T. 4. p. 243. vide *Abbas.*

— — Selſenſes antiquiſſimi erant Marchiones Badenſes. T. 2. p. 89. vide *Advocatia.* Advocatus ab abbate eligitur. T. 4. p. 67. 73. 81. præter cenſum capitalem nihil exigat. ibid. ſub pœna ſtatuta. 81. vide *Advocatia.*

— — Herdenſis is eſt, qui advocatus principalis *Spirenſis* Eccleſiæ audit. T. 4. p. 459. cui non licet ſubſtituere exactorem. ibid. familiam monaſterii nec hoſpitiis nec exactionibus gravet. ibid. & 462.

— — S. Trudonis nonniſi invitatus ab abbate ſe im-

immiſceat negotiis monaſterii. T. 4. p. 201. ejus jura in locis & bonis, quæ ejus curæ concreditæ ſunt. 200.

Advocatus S. Trudperti ſumitur è familia comitum de Habesburg. T. 4. p. 177.

Advocatus monaſterii S. Vincentii unus ſit ex familia fundatoris Oudelardi. T. 4. p. 176. ſemel in anno de conſenſu abbatis familiam monaſterii evocat, in exceſſus inquirit & ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ ſatisfactionem injungit & exigit. ibid.

— — in Waldkirck eligitur ab abbatiſſa cum conſilio monialium. T. 4. p. 85. nocivus removetur. ibid.

Advocatorum munus. T. 4. p. 2. Caroli magni Imperatoris inſtructio pro advocatis Eccleſiarum. ibid. ſq. concilii moguntini diſpoſitio ſuper mores advocatorum. 4. a Carolo M. & concilio mog. nominabantur vicedomini. 4. unde nomen hodiernum Vizdom. ibid. dati monasterſis, ne religioſi ſe negotiis ſæcularibus immiscentes ſervitium dei negligant. 5. amplæ donationes Principum monaſteriis factæ advocatos fecere neceſſarios. ibid. uti & potentiores bonis Eccleſiaſticis inhiantes. ibid. advocatus idiomate Germanico effertur: Schutz und Schirm und Kaſtenvogtei. ibid. quæ denominationes nonniſi protectorem deſignant. 5. 6. Kaſtenvogtey verius dicitur præfectura granarii, quæ advocatia non eſt. 7. Ausfauthen, Hünerfauten in Palatinatu malè dicerentur advocati, licet nomen *Fauth* gerant. 7. advocati & officiati Imperii per Alſatiam & Spiraugiam ab AdolphoRom. Rege conſtituunter defenſores monaſterii Schwartzacenſis. 99. idem agit Albertus Rom. Rex. 100. Maximilianus I. Imperator Comitibus Palatinis confirmat advocatiam monaſteriorum Palatinatus inferioris & ſuperioris. 102. idem præſtat Carolus V. Imper. 105. qui hoc titulo uſus eſt Spiræ: wir als Römiſcher Kayſer oberſter Vogt. 108. Joſephus II. Imperator capitulationis art. 1. ſe advocatum Eccleſiæ nominat. 108. advocatorum nobilium munus erat, ut Eccleſias & monaſteria in tutelam & defenſionem

nem reciperent. 156. porrò ut oblationes & donationes a piis hominibus factas in majorem fidem acceptarent. ibid. tandem ut cognoſceret advocatus & jus diceret in cauſis criminalibus ſuper furto, rapinis, ſtupris &c. circa quæ homines Eccleſiaſticos occupari non decebat. ibid. in compenſationem harum moleſtiarum advocati certos reditus habebant de bonis Eccleſiaſticis, certa feuda, ſportulas de judiciis, pœnis & bonis damnatorum. 157. monaſteriis libera permittitur advocatorum electio. 181. advocatorum exceſſus. 230. ſq. quos reprimit Henricus III. Imperator. 232. & Sifridus II. Archiepiſcopus mogunt. in Synodo. 246.

Adelbergenſe monaſterium ord. Præmonſtr. confirmatur a Friderico I. Imper. T. 4. p. 176.

Aeſtuarium ante veterem portam Spirenſem ſitum a proprietariis elocatur pro cenſu annuo. T. 3. p. 424. 433. conductores illud in ſtructura conſervent ſuis expenſis. 425. pars ſexta cenſus monaſterio uterinæ vallis in remedium animæ data ab Elwine dicto meiſe eſt redimibilis. 430.

St. Agnetis monaſterium moguntiæ a Wolffgango Archiep. mogunt. datum monialibus Cluſæ ord. S. Auguſtini. apud Buben-Capell Crucenaci. T. 5. p. 346. hinc corrigenda ſunt ea, quæ moniales effigiei Danielis archiep. mogunt. ſubſcripſere. 345.

Akarben bona ibi ab Udalrico abbate Limburgenſi dantur Ruperto militi de Karben, Burggravio Imperatoris Fridbergæ. T. 1. p. 63.

Alba dominorum monaſt. ord. Ciſterc. ex mandato Ludovici IV. Imperatoris contra Hermannum Badenſem Marcgravium defendatur ab Udalrico Comite Wirtembergico. T. 4. p. 98. Hermannus marchio Badenſis & Dominus in Eberſtein ab abbate & conventu eligitur defenſor, qui eis vice & nomine Imperii præſit, ut proſit. 195.

S. Albani monaſterium ex mandato Honorii III. Papæ viſitandum a Philippo abbate Otterburgenſi. T. 1. p. 221. parochia hujus nominis a Gerardo II. archiepiſ. mog. data monaſte-

naſterio Otterburg. 235. 381.

Albergariæ (Frohndienſten) ad tempus remittuntur monaſterio Limburgenſi a Phillppo Comite Palatino.

Albich parochia a Mathia archiepiſcopo moguntino unitur monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 240. 425. ut hoſpitalitati, aliisque operibus piis melius poſſint intendere. 426. jus Patronatus jam habuerat monaſterium ex donatione ſtrenui militis Theodorici de Randecke Sculteti archiepiſcopalis moguntini in Oppenheim, 426. tenentur Otterburgenſes vicario perpetuo dare congruam ſuſtentationem, quæ ſufficiat ad ſolvenda jura Epiſcopalia & hoſpitalitatem. 427. Joannes abbas cum Conventu profitetur, ſe teneri ad Eccleſiam Albich, quotiescunque vacaverit, præſentare ſacerdotem ſæcularem idoneum pro vicario perpetuo. 429. capitulum moguntinum conſentit in incorporationem. 240. cui Otterburgenſes in ſignum beneficii promittunt duas libras ceræ in feſto B. Martini præſentandas, 430.

Albrechtswilre ibi reditus unius libre Hallenſium ab Henrico de Ramesbach venduntur monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 214. contractus fidejuſſoribus firmatur. 214. cenſus bonis oppignoratis annexus Eccleſiæ Albrechtswilre ſolvendus a monaſterio. 215. duo jugera vinearum elocantur a monaſterio pro cenſu annuo. T. 4. p. 285.

Alceja lapis ibi effoſſus docet, vicanos circa Altiajenſes vicos habitantes fuiſſe devotos & gratos Nymphis. T. 6. p. 3.

Aldersbach monaſterium ord. Ciſterc. ab Ottone Epiſcopo Babenbergenſi obtinet facultatem eligendi Præpoſitum vel advocatum, qui ſalvo jure Eccleſiarum Bambergenſis & Patavienſis defendat præfatum monaſterium. T. 4. p. 192.

Almeinda cum via in Bebingen permutatione tranſit ad monaſterium uterinæ vallis pro pratello communitati reſignato. T. 3. p. 279. almeinda tamen quoad uſum fructum manet communis monaſterio & villanis. 280.

All-

Allmentgærten hortorum ſitus Neoſtadii ad Hartam. T. 5. p. 54.

Alpirsbach monaſterii ord. S. Benedicti monachi vi fundationis habent liberam poteſtatem eligendi & deponendi advocatum. T. 4. p. 187.

Alſatiæ Comes Ludfridus monaſterii grandis vallis in ducatu Heliſacenſi Dominus res monaſterii ſub immunitatis regiæ defenſione quieto ordine poſſideat ex diſpoſitione Lotharii Imperatoris. T. 4. p. 55.

Alſenzbruck & Offenheim Parochiæ ex indulto ſedis apoſtolicæ monaſterio Otterburgenſi incorporatæ. T. 1. p. 247. 490. jus Patronatus jam ſpectaverat ad monaſterium. 490. vide *Abbas Otterburg.*

Alſenze ibi curia Seidelhof legitimè adquiritur monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 242. 282. 286. bona a monaſterio empta declarantur omni prætenſione libera a Wolframo de Lewenſtein & ejus conjuge Demude. 239. 326. idem profitetur Agnes relicta Conradi de Lichtenſtein. 233. 366. Parochia hujus loci a Gerardo II. archiepiſcopo moguntino incorporatur monaſterio, cum conſenſu archidiaconi S. Victoris. 238. 407. 408. Abbas cum conventu tenetur præſentare clericum ſæcularem, qui ab archidiacono inveſtituram obtinet. ibid. parocho congrua adſignanda. quæ ad hoſpitalitatem ſervandam, ad jura Epiſcopi & archidiaconi ſolvenda ſufficiat, idque ſub pœna nullitatis factæ incorporationis. 408.

Altaich in Bavaria ad Danubium ſitum monaſterium a Ludovico pio Imperatore Privilegium obtinet, finiendi cauſas in Pallatio regio, quæ ſine diſpendio deffiniri nequeunt in Patria. T. 4. p. 154. Fridericus I. Rom. Rex Epiſcopo Babenbergenſi committit inveſtituram abbatis in Altaich (Altaha) & advocatiam. 202.

Alta Rippa Caſtellum ad Rhenum a Druſo conditum. T. 1. p. 22. Cella ibi ord. S. Benedicti in honorem S. Medardi fundata. 23. Teſte Ludovico Rege obtinuit decimam in fiſco Neckerau. ibid. ob Rheni inundationes alium in eodem fiſco locum

eum obtinet ad exſtruendam Eccleſiam. 24. Pipinus Rex hanc cellam donavit abbatiæ Prumienſi. 25. ad parochiam præſentat abbas Hemmenrodenſis. 26. Alta Rippa in diviſione bonorum abbatiæ Prumienſis inter abbatem & conventum, ceſſit abbati. 27.

Altdorff decima major & minor a Joanne milite dicto de Meti vendita monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 103. 107. conſentit abbas Weiſſenburgenſis cum conventu ſuo ceu Dominus directus decimæ in feudum datæ. 104. 107. huic vaſallus in recompenſam reſignavit bona ſua in Winden. 104. 109. Caſtro tamen & jure Patronatus exceptis. ibid. bona hæc reſignata idem de metis recepit in feudum ab abbate Weiſſenburg: 104. milites cum Joanne de Meti ſimul infeudati ab hoc obtinent bona propria in Altdorff. 104. 110. hæredes ſuo tempore renuntient juri ſuo. 105. ſecus monaſterio emptori cedunt pignora uſque ad indemniſationem. 100. Margaretha de Altdorff Begina monaſterio uterinæ vallis dat curiam & domum in Altdorff cum pomerio adjacente. 111. pro hac donatione monaſterium quotannis dabit Beginæ ſex modios Siliginis ad dies vitæ. 112. bona in Altdorff venduntur Lutgardi dictæ Walheimerin olim Beginæ Spirenſi. T. 4. p. 302. alia bona monaſterio uterinæ vallis. 342. cenſus his bonis annexi. 344. porro bona & cenſus eidem monaſterio 361. 363. præfata Walheimerin eidem monaſterio dat bona & reditus in Altdorff ad veſtimenta monachis procuranda. 379. ſq.

S. Amandi monaſterium in diœceſi Tornacenſi a Dagoberto I. Francorum & Auſtraſiorum Rege fundatum, qui S. Amando trajectenſium Epiſcopo fundum donavit ad ædificandum ibi monaſterium T. 2. p. 18.

Angariæ (Azung) ad tempus remittuntur monaſterio Limburgenſi a Philippo Comite Palatino. T. 1. p. 150. bonis hujus monaſterii in Schifferſtadt annexæ excipiuntur a privilegio libertatis datæ a Philippo Electore Palat. 154.

Annewilre ibi monaſterium uterinæ vallis emptione adquirit cenſum octo unciarum Hallenſium. T. 3. p. 479. unciae hæ qualiter impendendæ. 480.

Anniverſaria duo a Domina Mechtilde dicta de Lutra, relicta Henrici de Sickinhuſen fundata in Eccleſia Otterburgenſi. T. 1. p. 241. 430. duo ſervitia cum bonis piſcibus, claro vino & pane albo conventui danda. 431. ſub pœna abbati ſtatuta. ibid. anniverſarium ibidem fundatum ab Ottone Wildgravio de Kirberg, adſignata monaſterio penſione quinque librarum pro piſcibus bonis. 244. 453. pœna pro caſu negligentiæ ſtatuta. 453. anniverſarium ibidem pro Gerardo I. archiepiſcopo moguntino celebrandum, qui huic monaſterio tradidit monaſterium montis S. Diſibodi. 307. 309. anniverſarium in Eccleſia Wadegotienſi celebrandum pro defunctis ex familia comitum de Leiningen, ob cenſum decem maldrorum ſiliginis in villa Freimershaim monaſterio remiſſum. T. 2. p. 125. 126. anniverſarium in eadem Eccleſia celebrandum pro conductore curiæ Wadegotienſis Wormatiæ Pauenecke dictæ in der Wolgaſſen. 132. Conductor curiæ monaſterii uterinae vallis Spiræ ad Rheni portam ſitæ amam vini cenſualis in Bubenwilre legat monaſterio pro anniverſario. T. 3. p. 100. ibidem duo fundantur anniverſaria ex reditibus in Veningen. 154. in quibus refectio procuranda monachis. ibid. unum in eodem monaſterio ob bona in Bubenwilre celebrandum pro Henrico dicto Mottenbecher. 271. anniverſaria in pluribus monaſteriis fundata. 303. anniverſarium in Eccleſia uterinæ vallis pro Alberto de Lachen Canonico Spirenſi, ob cenſum unius libræ Hallenſium de domo Spiræ ſita in der Trincgaſſen monaſterio datum. 325. cenſus varii domibus Spiræ inhærentes dantur eidem monaſterio pro anniverſario Joannis Phiſici Canonici Eccleſiæ S. Petri Argentinæ. 333. idem monaſterium cenſum unius libræ Hallenſium in Altdorf obtinet ab Eberhardo milite dicto de Altdorf pro anniverſario conjugis Demudis dictæ de Lichtenſtein.

ſtein. 419. Joannes dictus de Cornu præbendarius Eccleſiæ Spirenſis eidem monaſterio legat domum ultra lutum leporis cum piſcina adjacente pro anniverſario. 423. idem monaſterium curiam Spiræ retro Prædicatores cum domibus obtinet pro anniverſario Joannis dicti Cerdonis & Conjugis. 427. Conradus dictus Piſtor & Demudis ejus uxor cives oppidi Landowe bona ſua aſſignant eidem monaſterio pro anniverſariis. 444. reſervata ſibi libertate, legandi, cuicunque voluerint, ſexaginta libras Hallenſium. 445. Petrus de Kyrwilre Sacerdos cenſum quatuor librarum Hallenſium variis bonis in Meinkeimer annexum legat monaſterio eidem pro anniverſario. T. 4. p. 264. cenſus vertatur in pytanciam ſive refectionem fratrum. 265. ſimilis diſpoſitio occurrit 277. ſq. 320. 363. ſq. Henricus dictus magiſter Marcius, Scholaſticus Eccleſiæ S. GermaniSpiræ penſionem ſex modiorum ſiliginis cum quinque ſimeris legat eidem monaſterio ad pictantiam ſive refectionem monachorum in anniverſario. 398. anniverſaria fundata porrò occurrunt 416. ſq. Joannes Odenwalt magiſter Hoſpitalis in Brunchweiler fundat anniverſarium per plebanum in Winzingen celebrandum, adjuvante in vigiliis Capellano hoſpitalis. T. 5. p. 50. frater Laicus in eodem hoſpitali fundat anniverſarium cum conſenſu Philippi Comitis Palatini. 55. anniverſarium pro Rudolpho de Soltzbach ejusque familia celebrandum in Eccleſia Schwabenheim. 250. anniverſaria ibidem celebranda pro JoanneComite de Solms. 251. ſq. Godefridus Eccleſiæ S. Joannis moguntiæ Scholaſticus fundat anniverſarium in Eccleſia monaſterii Weidas. T. 6. p. 81. ſq.

S. Antonii domus in Roſsdorff arbuſta quædam cum agro obtinet ab Udalrico abbate Limburgenſi pro cenſu annuo. T. 1. p. 63.

Aquæ ductus tranſiens per curiam in Kungesbach, a poſſeſſore curiæ non impediatur, quin ad pratum monaſterii, uterinæ vallis decurrat. T. 3. p. 210. Aquæ ductus in Weſtheim determinantur pro caſu, quo agri vertantur in prata.

Digitized by Google

ta. 328. Aquæ ductus ab univerſitate villæ Lingenvelt verſus curiam Metersheim conceſſus monaſterio eidem approbatur ab Otdone Domino de Offenſtein advocato Alſatiæ & Spiercogiæ generali. T. 4. p. 310.

Arbitri in cauſa parochiæ Spisheim electi ſententiam ab officiale Præpoſiti moguntini latam pro monaſterio Sion confirmant, Wolframo dicto Longo de Lewenſtein perpetuum ſilentium imponentes. T. 6. p. 132. ſq. Sifridus miles de ſancto Albino arbitrorum præſes cenſet, circa Sylvas Waldmarcka pronuntiandum eſſe ſecundum documenta Otterburgenſis monaſterii. T. 1. p. 245. 464. arbitri in controverſia monaſterium uterinæ vallis inter & Margaretham relictam Heilmanni Oppidani novæ civitatis ſuper bonis in nova civitate conſtituuntur, quorum Laudo ſtandum ſub pœna centum librarum Hallenſium. T. 3. p. 233. 234. pronuntiant pro monaſterio. 244. ſq. 277. arbitrium Joannis de Randeck circa bona in Gundersheim & Onesheim litigioſa abbatem Otterburgenſem inter & Hellmannum Zimmerer. T. 1. p. 237. 400. coarbitri fuere Eberhardus Comes de Katzenellenbogen, & Conſules in Oppenheim. 401.

Arbotsheim Eccleſia habet cenſum trium Hallenſium de bonis monaſterii uterinæ vallis in Ramesbach. T. 3. p. 472. idem monaſterium ibidem obtinet cenſum unius maldri ſiliginis in remedium animarum. T. 4. p. 296. idem monaſterium ibidem emptione adquirit reditus ſedecim amarum vini, a monaſterio monialium Heilsbruck. 442. reditus hi ſpectant ad infirmariam monaſterii uterinæ vallis. 443. aliter impenſi revertuntur ad infirmarium monialium in Heilsbruck. ibid.

Argentina. ibi monaſterium monialium S. Stephani obtinet confirmationem privilegiorum a Ludovico Germanico. T. 4. p. 55.

Argentinenſis Epiſcopus Wernherus eſt fundator monaſterii murenſis. T. 4. p. 457.

— — Bertholdus compoſitionem monaſterium Schwartzacenſe inter & ejus advocatos procurat. 240.

240. ſq. ejus arbitrio relinquitur congrua portio vicarii perpetui in Schweighuſen determinanda. T. 6. p. 191. quam & confirmat. 193. 194.

— — Lampertus capellam villæ Rudern parochiali Eccleſiæ in Seltz ſubjectam, ab Henrico de Fleckenſtein milite ſeniore neo-fundatam confirmat. T. 6. p. 207.

Arnsburg, mutato loco, nomine & ordine ſic dictum monaſterium, anteà Aldenburg dicebatur. T. 4. p. 174. vide *Advocatia. Advocatus.*

Arnſtein monaſterium a Conrado II. Rom. Rege fundationis ſuæ obtinet confirmationem. T. 4. p. 193. Hillinus Archiepiſcopus Trevirenſis advocatiam reſervat ſibi ſuisque ſucceſſoribus. 202.

Aſchaffenburgenſis Eccleſiæ Collegiatæ capitulum decimas in Carben emit a Caſparo Præpoſito & Conventu Naumburgenſi ord. S. Benedicti. T. 1. p. 68. conſentiunt Theodericus archiep. mogunt. & Nicolaus Rinck de Ymsheim Abbas Limburgenſis. ibid.

Aſylum intra terminos Monaſterii Herdenſis conceditur a Friderico I. Imperatore omnibus, exceptis iis, qui judiciali ſententia damnati ſunt. T. 4. p. 463.

Auguſtiniani Heidelbergæ emptione adquirunt cenſum annuum in Ormsheim a Conrado abbate Otterburgenſi. T. 1. p. 246. 468. Prior Alcejæ Beguinis quibusdam dat licentiam vendendi bona ſua in Nerſtein, Eccleſiæ S. Joannis Moguntiæ. T. 6. p. 5. Bertholdus archiep. mogunt. Priores & Lectores Auguſtinianorum moguntiæ, Alzejæ & Fridbergæ approbat ad excipiendas confeſſiones, & praedicandum. T. 6. p. 5. collectandi licentiam in parochiis iisdem concedit. 6.

Ausfauthen, Hünerfauten in Palatinatu malè dicerentur advocati, licet nomen *Fauth* gerant. T. 4. p. 7.

B.

Baculus infigitur terrae ante aedes illorum incolarum in Balborn, Melingen & Neunkirchin, qui non ſolvunt, quod debent monaſterio Otterburgenſi vi conventionis. T. 1. p. 499.

499. baculum extrahens tenetur ad duplum. ibid.

Badenſis Marchio Hermannus III. Friderici I. Imperatoris Italiam primo ingreſſi ſtrenuus aſſecla marchionis Veronenſis titulum obtinuit. T. 2. p. 95. in inſtrumento Imperatoris, quo limites Epiſcopatus Conſtantienſis definiit, vocatur *Badenſis*. 96. in alio ejusdem Imperatoris, inſtrumento, quo litem Ottonem Epiſcopum Friſingenſem inter & Henricum Leonem Bavariae Ducem diremit, dicitur *Veronenſis*. ibid. vide *Advocatia Salſenſis*.

— — Hermannus, qui & Dominus in Eberſtein, ab abbate & conventu monaſterii Alba Ciſterc. ord. eligitur defenſor, qui eis vice & nomine Imperii praeſit, ut proſit. T. 4. p. 195.

Balborn, Melingen & Neunkirchen communitates ex ordinatione Friderici Comitis Palatini habent jus paſcuae in Sylvis monasterii Otterburgenſis. T. 1. p. 496. excluſis animalibus ſylvae nocivis. ibid. tempore ad ſaginandos porcos conſtituto excluduntur vaccae & oves. glandes legere non licet. ibid. ligna inutilia colligant, quae tamen vendere non licet. ibid. ligna ad aedificandum neceſſaria petantur a monaſterio. ibid. Foreſtarii quantitatem determinent viſo ædificio. ibid. ligna conceſſa vendens vel in ædificia non convertens ſolvit decem florenos. 498. ligna quoque ad inſtrumenta ruſtica petantur. ibid. majorem libertatem habent neomariti. ibid. quivis incola de uno vel pluribus equis, quos habet, monaſterio quotannis praeſtet tria Maldra avenae. 499. qui equum non habet, praeſtat medietatem ibid. vide *Baculus*. novalia in marca ſylveſtri decimas dant monaſterio. 501. lapides finales ſingulis quin- vel ſexenniis viſitandi. ibid. Balbornenſes ſpeciale jus paſcuae obtinent. ibid.

Bannum & fredum ab hominibus monaſterii S. Maximini, non advocato, ſed abbati ſolvendum. T. 4. p. 65.

Baptiſterium, quod de parochia in Otterburg ad Capellam in Wilre antiquitus translatum fuit, propter loci ejusdem ſolitudinem ad Capellam in Er-

Erlenbach transferendum ex mandato Sifridi II. archiepiſcopi moguntini. T. 1. p. 270. conſentit archidiaconus. ibid.

Barbelrode ibi cenſus trium maldrorum siliginis emptione adquiritur a monasterio uterinae vallis. T. 3. p. 240. 262.

Baſileenſis Eccleſia advocatiae jus in monaſterium S. Blaſii praetendens, ejusque ſubjectionem, authore Conrado III. Rom. Rege renuntiat praetenſioni, acceptis a monasterio S. Blaſii quatuor curtibus, Sierembo, Loufen, Ottingen & Filnacker. T. 4. p. 91.

Baſileenſis Synodus Joannem de monte martis Scholasticum Wormatienſis Eccleſiae conſtituit judicem & commiſſarium contra detentores bonorum monaſterii monialium S. Petri Crucenaci. T. 5. p. 332. ſq.

S. Bavonis monaſterium ab Henrico II. Rege obtinet poſſeſſionum confirmationem. T. 4. p. 86.

Bebingen bona ibi a Domina Bertha de Rorhus, relicta Henrici an der Ecke dantur monaſterio uterinae vallis pro bonis monaſterii in Otterſtat Volmaro dicto Knoltz civi Spirenſi traditis. T. 3. p. 156. 158. 160. ex eodem motivo Conradus dictus Stella curiam ſuam dictam Hubhof cum bonis annexis dat monaſterio eidem. 161. eadem Bertha huic monaſterio ulterius dat centum libras Hallenſium 162. vendit curiam, bona & reditus monaſterio. 167.

Beggelingen villa regia cum undecim millibus hubis a Dagoberto I. Rege donatur monasterio Blidenvelt, dein Clingenmünſter, dicto T. 2. p. 13. Beggelingen fortaſſis eſt Geckelingen in præfectura Germersheimenſi. 19.

Beginæ (Beguinae) Wormatiae commorantes a Jacobo abbate monaſterienſi emptione adquirunt penſionem annuam decem maldrorum Siliginis, quae praeſtanda ſunt de bonis in Niederflersheim. T. 2. p. 114. penſio haec ob bona vendita transfertur in alia bona. ibid. Beginae tres, filiae quondam Ludovici de Nyderluge domum Spirae in loco : an der Ertbruſte, & omnia bona dant monaſterio uterinae Vallis in remedium

animarum. T. 3. p. 308. Demudis Begina cenſum duarum librarum Hallenſium adſignat eidem monaſterio pro anniverſario. 346. Eliſabetha Begina dicta de Hohenſtat bona dat eidem monaſterio in remedium animarum. 348. Heila dicta Bertin, Begina domum Spiræ legat fratribus minoribus domus Spirenſis pro anniverſariis. 350. alienatio prohibita eſt. Begina hæc pluribus monaſteriis diverſa relinquit legata. 352. ſq. Mechtildis Begina de nova civitate Nepoti ſuo Gotzoni Clerico ſive ſcholari per Teſtamentum relinquit penſionem ſex librarum Hallenſium ad dies vitæ. 369. penſio hæc ſolvitur de curia & domo Spiræ dicta zu dem Armbruſte. poſt ejus obitum cedit monaſterio uterinæ vallis. ibid. Herlindis Begina Spirenſis monaſterio eidem dat reditus duarum librarum Hallenſium de domibus ſitis, una in vico dicto Erneſtesgazze, & altera dicta zu dem Spargol, apud pontem vini, in remedium animarum. 400. Eliſabetha dicta Berthen Begina Spirenſis bona ſua in villis Winzingen & uf der Hart dat eidem monaſterio in remedium animarum. 452. Lucgardis dicta Walheimerin; Begina Spirenſis varios adquirit cenſus. 463. ſq. Beginæ ſæviente bello ruſtico in monaſterium S. Petri Crucenaci tranſeuntes ibi maneant T. 5. p. 381. quin earum bona cedant huic monaſterio. 383. quatuor ad profeſſionem religioſam admittantur. 384. Beginarum Clauſtrum olim ædi Petrinæ extra muros moguntinos contiguum, a Petrenſibus erectum, iisdem ſubjectum extiterat. 385. domus Beginarum (Beguttarum) in Trumbach. 385. Clauſtri hujus ſitus. 386. Franciſcus de Sickingen magni nominis heros, hujus clauſtri fundator erat. ibid. Uriel archiep. moguntinus deſuper requiſitus rem Patri Domus Ravengeresburgenſis & Plebano Crucenacenſi in commiſſis dedit. ibid. Fundator cum ſua conjuge Hedewige de Flersheim clauſtro dat reditus pro ſeptem virginibus ad ſuſtentationem ſufficientes. 389. fundationem confirmat Albertus Cardinalis & archiep. mogunt. ibid. qui monialium diſciplinam Sigillifero & Priori ca-

Digitized by Google

cœnobii Schwabenheimenſis committit. ibid. Domus Beginarum ſive ſororum ord. S. Claræ de tertia regula S. Franciſci in Valbrucken. 373. ejus ſitus. 374. a Bertholdo archiep. mogunt. obtinent licentiam reædificandi domum & Eccleſiam temporum, belliqne injuriis dirutas. 375. ſq. eas ſubjicit Priori Canonicorum regularium S. Auguſtini Ravengirsburgenſium, ceu viſitatori. 377. Ludovicus Comes Palatinus finit controverſias, quas hæ Beginæ habuerant cum Walthero de Cronberg ejusque familia. 378. vide dicta p. 381. Beginarum inſtitutio attribuitur Lamberto pio ſacerdoti Leodienſi. 373. Beginæ ſive Begundinæ ob falſa dogmata per Germaniam ſparſa in concilio Viennenſi in Gallia ſub Clemente V. celebrato damnatæ, earumque inſtitutum abolitum. 374. non tamen ceſſavit; immò Joannes XXII. Papa permiſit eas.

De Bellenheim Hugo miles dictus Havener vineas in Altenvorſt & Bubenwilre donat monaſterio uterinæ vallis ſub certis conditionibns. T. 3. p. 84. 87. Porcos & ulteriores vineas pro miſſa perpetua ad altare S. Catharinæ 86. lumen quoque perpetuum ardebit, nomenque ejus & uxoris libro ejusdem altaris in Canone adſcribatur. ibid. porrò bona in Mulenbuhel pro lumine perpetuo ad altare B. M. Virginis. ibid. quinque viros monaſterio ſervituros, ibid. tandem equum ambulantem cum coopertura. 87. ſepulturam apud hos monachos eligit. ibid. cuſtodi adſignat duo maldra ſpeltæ ad conficiendas hoſtias. ibid.

Beneficia Eccleſiæ Clingenſis in Collegiatam converſæ pro prima vice conferuntur a Papa. T. 2. p. 58. beneficium ſæculare fundatum in Eccleſia Schwabenheimenſi ad altare S. Joannis a Bertholdo Archiep. mogunt. ob introductam ibi obſervantiam regularem ſupprimitur, ejusque reditus adſignantur Priori & Conventui. T. 5. p. 257. qui ſatisfaciant fundatorum intentioni. 258.

Beronis monaſterium ab Ulrico Comite de Lenzburg fundatum. T. 4. p. 159. vide *Advocatus*.

Digitized by Google

Bertolveswilre allodium a Theodorico de Heinzenberg & ejus conjuge Beatrice comitiſſa Sylveſtri reſtituitur monaſterio Otterburg. T. 1. p. 222.

Bibelnheim ibi monaſterium Otterburgenſe bona elocat. T. 1. p. 246. contractus pignoribus firmatur. 437. controverſia abbatis cum communitate finitur. 246. 481. ſq.

Bintersheim bona ibi a Guta relicta Joannis de Wilenſtein dantur monaſterio uterinæ vallis in puram Eleemoſynam. T. 3. p. 81. elocantur Conrado dicto de Munnesheim pro cenſu annuo. 82.

Biſchoffshemium ad Tubarim. ibi Lioba multitudini virginum congregatæ præerat. T. 2. p. 139. hoſpitale & monaſteriolum S. Liobæ ab Anſelmo Caſimiro archiep. mogunt. dabantur fratribus ordinis S. Franciſci de obſervantia pro habitatione. 140.

Blandinienſe Monaſterium propè Gandavum privilegiorum confirmationem obtinet a Ludovico pio. T. 4. p. 52. quidquid fiscus regius ex bonis ſperare poterit, cedat monaſterio. 53. idem ſtatuit Otto I. Imperator. 63.

Blaubeurn monaſterium a Rudolpho Comite Palatino de Tubingen multa jura obtinet in oppido Blaubeurn ob damna occaſione advocatiæ monaſterio illata. T. 4. p. 247. vide *Advocatus*.

Bleinich bona ibi monaſterii Schwabenheim in perpetuum elocata, a conductore quoad uſum fructum in alios transferuntur cum conſenſu Jacobi Præpoſiti. T. 5. p. 167. cenſus ex his bonis præſtandus importat decem maldra siliginis, & carratam vini quoad medietatem Hunici, quoad alteram Francici. 168. cenſus venditus eſt a monasterio domino Keppeler & ejus nepti ad dies vitæ. 169. bona recenſentur. 170. ſq.

Blittersheim ibi Hermannus dictus Sencker de Dybach bona donat monaſterio Schwabenheim, T. 5. p. 146. donationem fors monaſterio Eberbacenſi vel aliis promiſſam revocat. 147. benefactori ad dies vitæ dantur quotannis decem & octo maldra siliginis. 148. Philippus Rhingravius Dominus in der nuwen und der alten Beymburg partem jurisdictio-

dictionis Vogteticæ cum annexis in Blittersheim oppignorat Præpoſito & Capitulo Schwabenheim. 179. reluitio nonniſi poſt annos decem permiſſa hæredibus. 180. ulterior oppignoratio hujus villæ 182. ſq. villa tandem ab Ottone Rhingravio venditur monaſterio Schwabenheim. 191. 203.

Bockenheim villa olim cum locis Goſſenheim & Kinden ſpectabat ad Epiſcopatum Leodienſem. T. 5. p. 6. vendebatur monaſterio Otterburgenſi. ibid. reditus fixi a Palatino Comite occupati. ibid.

De Boinburg Robertus Comes Irſutus occurrit in antiquiſſimo Eccleſiæ Otterburgenſis lapide ſepulchrali. T. 1. p. 235.

De Bolandia (Bonlanden) Wernherus aulæ Imperialis dapifer ad terram ſanctam profecturus bona monaſterii Otterburg in Heſsloch declarat immunia. T. 1. p. 221. 275. uti & bona Eccleſiae in Gomersheim, T. 5. p. 405.

— — Everhardus bona Embrechonis de Odernheim ab omni exactione libera pronuntiat. T. 5. p. 407.

Boſendorffium in finibus Lotharingiae. ibi Poppo abbas Limburgenſis monaſterium aedificavit, cui Cunonem abbatem praefecit. T. 1. p. 34. ſitus hujus monaſterii. ibid.

Brandenburgenſis Marchio Joachimus a Joanne Trithemio abbate Spanheimenſi elogiis ornatur. T. 5. p. 71.

Breitenau Haſſiae monaſterium, in quod Rupertus abbas Limburgenſis relegatus fuit ab Arnoldo Epiſcopo Spirenſi. T. 1. p. 55. Adelbertus I. fundationem monaſterii confirmans fratribus dat liberam facultatem eligendi & deponendi advocatum cum conſilio & auxilio Archiepiſcopi. T. 4. p. 191.

Breitwald Sylva. ibi curia monaſterii Herdenſis in Schweinheim habet jus paſcuae & lignandi. T. 4. p. 465. 466.

Bretheim Eccleſia ad inſtantiam Friderici Comitis Palatini incorporatur Capellae in Germersheim. T. 5. p. 13. Parocho congrua adſignatur. 14. quae inſufficiens inventa a Philippo Comite Palatino decimis & reditibus Eccle-

ſiae

ſiae augetur. 15. Parochis idcirco praeſtat onera & jura Epiſcopalia. 15. 18. inſuper Capellano Electorali in Germersheim quotannis ſolvit viginti octo florenos. 15. 19. negotium hoc confirmat Mathias Spirenſis Epiſcopus. 17. 21.

De Breuberg Eberhardus advocatus provincialis Ludovici Bavari Rom. Regis. huic reſtituendum Caſtrum Erpach, quod perdidit in ſervitio Eccleſiæ moguntinæ. T. 1. p. 17. eidem promittitur procuratio ſuper oppido Mosbach. ibid.

Bruwillarenſe monaſterium a Poppone Abbate Limburgenſi obtinet Ellonem abbatem. T. 1. p. 33.

Bubenwilre ibi bona ab Agnete dicta de Walhalben dantur monaſterio uterinæ vallis reſervato ad dies vite ſibi & filiabus uſufructu. T. 3. p. 145. idem Monaſterium cenſum unius tinæ (urcei, Zoeber) vini emptione adquirit, pro infirmaria. 454. porro unum juger vinearum. 475. tandem cenſus unius libræ Hallenſium a Gerardo ſervo in domo Sutoris monaſterii adquiritur, ſolvendus Pitanciario, qui piſces emat ad conſolationem fratrum in die Cinerum. T. 4. p. 319. 320. anniverſarium pro benefactore celebrandum ſub pœna cenſus ſubtrahendi in ſolatium infirmorum hoſpitalis Landavienſis. 321.

De Budingen Hartmannus a Conrado archiepiſcopo mogunt. declaratur advocatus monaſterii Conradsdorff ord. præmonſtrat. T. 4. p. 178.

Bullenkeim ibi bona dantur monaſterio uterinæ vallis in remedium animarum. T. 3. p. 283. ſq.

De Burnheim Marquardus advocatus cenſum quatuor modiorum siliginis vendit Conrado Kadoldo civi Spirenſi & ejus filiæ converſæ. T. 3. p. 63.

Burnheim Eccleſia a Gerardo II. archiepiſco moguntino unita monaſterio monialium Comedenſi. T. 5. p. 456.

Bursfeldenſe monaſterium ab Henrico Comite, filio Ottonis ducis & Gerdrade filia Ekkeberti marchionis fundatum confirmatur a Ruthardo Archiepiſ. mogunt. T. 4. p. 166. Bursfeldenſis congregationis diſciplina in Monaſterio

terio Limburgenſi obſervanda. T. 1. p. 71. 143.

C.

Caballus modium triticeæ farinæ portans ad regalem expeditionem dandus archiepiſcopo moguntino a monaſterio Clingenſi, anteà Blidenvelt dicto. T. 2. p. 3. 4. 24. 27.

Calami porrectio ſerviebat ad translationem dominii & immiſſionem in bona. T. 1. p. 120.

Calſtat villa quoad reditus diviſa Eccleſiam Collegiatam lutrenſem inter & monaſterium Otterburgenſe. T. 5. p. 6. a Palatino Comite occupata. ibid.

De Calw (Caſtello) Adelbertus Comes monaſterium Hirſaugienſe reſtauravit. T. 4. p. 163. vide *Advocatus*.

Cambergenſe monaſterium dioeceſ. Wirceburg: a Ruthardo Archiepiſcopo moguntino fundatum. T. 4. p. 186. vide *Advocatus*.

Campa villa, ibi Conradus II. Salicus poſt obitum Henrici II. Imperatoris a Principibus eligebatur. T. 1. p. 28. villæ hujus, quæ evanuit, veſtigia. 29.

Canonicatus Clingenſis Eccleſiæ Collegiatæ reditus habet decem maldra siliginis, totidem ſpeltæ & avenæ, nec non unum plauſtrum vini. T. 2. p. 52. Capitulum eſt Patronus canonicatuum & præbendarum omnium, & duarum vicariarum. 55.

Canonici Clingenſes in negotiis Capituli congregati quid percipiant? T. 2. p. 54.

Canonici SS. Trinitatis Spiræ curiam juxta cimiterium Eccleſiæ S. Marci extra muros ſitam, a monaſterio uterinæ vallis emptam, cenſu liberant. T. 4. p. 356.

Cantoria Clingenſis reditus habet decem maldra siliginis, totidem avenæ, & medium plauſtrum vini. T. 2. p. 52.

Capella in Bonheym. ibi altare conſecratur a Bertholdo de Henneberg Epiſcopo authoritate apoſtolica confirmato. T. 5. p. 143. anniverſarium dedicationis transfertur in feſtum S. Galli. 144.

Capella in Brunheim habet cenſum annuum in bonis Conradi Kaudtemar civis Landavienſis. T. 3. p. 135.

Ca-

Capella in Caſtro Creutznach a Joanne Comite de Spanheim dotata. T. 5. p. 146.

Capella in Frickenvelt cum aliis villis in pago Spirichgowe in Comitatu Hugonis Comitis ſita ab Henrico III. Rege datur monaſterio Selſenſi in remedium animarum. T. 6. p. 169. ſq. Capellam hanc ſibi adquiſierat Henricus via permutationis pro Eccleſia in villa Sueninheim cum conſenſu Sigebotonis Epiſcopi Spirenſis. 170.

Capella in Eccleſia Limburgenſi Choro contigua a Sigefrido Epiſcopo Spirenſi conſecrata eſt. T. 1. p. 56.

Capella villæ Rudern parochiali Eccleſiæ in Seltz ſubjecta, ab Henrico de Fleckenſtein neofundata, confirmatur a Lamberto Epiſcopo Spirenſi. T. 6. p. 207.

Capella in Walckenried a Theodorico Veronenſi Epiſcopo vice archiepiſcopi moguntini dedicata. T. 1. p. 229.

Capella S. Mauritii in Weiſſenburg numerabatur inter poſſeſſiones monaſterii Otterburgenſis. T. 1. p. 247.

Capellanus Electoralis. vide *Bretheim.*

Capellanus ſacramentorum miniſter hoſpitali in Brunchwiler datur a Friderico Spirenſi Epiſcopo. T. 5. p. 35. miſſa perpetua pro Capellano fundatur a Ruperto Rege. 40. qui comitibus Palatinis jus Patronatus reſervat. ibid. Capellanus quavis ſeptimana ad minimum tres miſſas dicat. ibid. curam animarum in hoſpitali exercet, ſine præjudicio tamen parochi in Winzingen, in cujus parochia ſitum eſt hoſpitale. ibid. tenetur quoque quavis ſeptimana legere miſſam unam in Loppenloch ob decimam Hoſpitali conceſſam. 41. ejus reditus. ibid. domum Capellani reparat, & conſervat adminiſtrator hoſpitalis. 42.

Capitulum Clingenſis Eccleſiae Collegiatae cum Praepoſito vaſallos infeudat, Parochias & alia beneficia, quorum Collatio ad abbatem & conventum communiter vel diviſim pertinuit, confert. T. 2. p. 54. excipiuntur parochiae in Wolmsheim & Kneringen, quarum collatio ad ſolum capitulum ſpectat. 55. eligit Praepo-

poſitum, decanum, cuſtodem & cantorem. ibid. magiſcolam & pueros chorales conſtituit. qui ſunt ad nutum revocabiles. ibid. feudorum ad Eccleſiam reverſorum duæ tertiæ capitulo cedunt, pars tertia Præpoſito. 57.

Capitulum generale in Windesheim Trajectenſis diœceſeos reformet monaſterium Schwabenheimenſe ex diſpoſitione Adolphi Archiepiſcopi moguntini. T. 5. p. 229. ſq.

Carmelitæ Crucenaci a Joanne Comite de Spanheim Baſilicam S. Nicolai cum omnibus attinentiis obtinent. T. 5. p, 354. monaſterii reditus a comite Palatino occupati. 355.

Caſtra monaſterii Waldſachſen ſint aperta Comiti Palatino ceu advocato, ejus ſumptibus. T. 4. p. 124. 139. officiati in caſtris jurent Comiti Palatino. 124. 138. ſq.

S. Catharinæ monaſterium virginum ord. Ciſter. juxta Trithemium viſioni mirandæ viri boni & honeſti in Mandal exordium debet. T. 5. p. 366. fundationem a Præpoſito Crucenacenſi & Plebanis factam confirmat Sifridus II. archiep. mogunt. 367. monaſterium liberat ab omni onere advocatiæ. ibid. & decimarum ad præſcriptum Paparum. ibid. negotia monaſterii mutuo Proviſoris & abbatiſſæ, conventusque conſilio dirigantur. 368. Electio Proviſoris & abbatiſſæ ſit libera. ibid. nonniſi abbas ejusdem ordinis in cauſis arduis eligatur judex. ibid. converſi ſubſint Proviſori ſive Præpoſito, ſorores abbatiſſæ. 369. monaſterium a Joanne Comite de Spanheim obtinet legatum triginta marcarum. 370. Fridericus de Rudinsheim duabus filiabus ſuis monialibus adſignat cenſus Crucenaci annuos in pecunia & frumento. 371. poſt earum obitum cenſus cedunt familiæ de Rudinsheim. 372. monaſterii reditus a Palatino Comite occupati. 373.

Cathedraticum (Girloſe) ab Adelberto I. archiep. mogunt. remittitur monaſterio Schwabenheimenſi ord. Canonicorum regul. S. Auguſtini. T. 5. p. 128.

Cella S. Blaſii. vide. *Advocatus S. Blaſii.*

Cellenſe monaſterium ſive Gis-

Gislenianum ab Ottone Imperatore obtinet prædiorum a Dagoberto Francorum Rege donatorum confirmationem, & protectorium. T. 4. p. 62.

Charta capituli majoris moguntini, qua conſentit in incorporationem parochiae Uffenheim factam monaſterio Otterburg: interim sigillo ad cauſas munita, ſuo tempore sigillo majori confirmanda. T. 1. p. 433. charta ab Henrico Comite Palatino data abbatiæ Laureshammenſi contra advocatos nocivos eſt ſuppoſita. T. 4. p. 217. 218.

Chorales pueri tres in Clingenſi Collegiata adſumuntur. T. 2. p. 47. in Grammatica & cantu inſtruantur a magiscola. 49. reditus habent novem maldra siliginis, ſex maldra ſpeltæ, ac tres libras denariorum. 53. ſunt ad nutum Capituli revocabiles. 55.

Chronica cum Chartis & diplomatibus probè & cautè examinanda. T. 1. p. 42.

Chronologia abbatum uterinæ vallis ex diplomate Eugenii III. Papæ corrigitur. T. 3. p. 32.

Chunihilt & ejus filia Berathgit valdè eruditæ in liberali ſcientia in Thuringorum (quæ franconiam complectebatur) regione a S. Bonifacio conſtituebantur magiſtræ. T. 2. p. 39.

Chunitrud ab eodem S. Bonifacio in Bavariam deſtinata eſt, ut verbi divini ſemina ibi ſpargeret. T. 2. p. 139.

Ciſtercienſis ordo dicitur grawes ordins, grauen Ordens. T. 1. p. 452.

Clauſura in monaſterio monialium Sebach firmiter obſervanda ex ordinatione Godefridi Spirenſis Epiſcopi. T. 1. p. 59. T. 5. p. 58. ſq. idem inculcat Joannes Trithemius in ſua ad Richmodem de Horſt abbatiſſam Epiſtola. 70.

Zu der Clingen monaſterium monialium Alzejæ. T. 6. p. 70.

Clingenſe monaſterium Clingenmünſter, ord. S. Benedicti, primitus dictum Blidenvelt. T. 2. p. 1. 10. ratio hujus nominis. 1. a Dagoberto I. Francorum Rege conſtructum. ibid. ejus ſitus. ibid. dotatio. ibid. Rabanus archiep. mogunt. a Ludovico Rege obtinet protectorium monaſterii, quod unà cum documentis igne abſumptum

tum

tum erat. 2. idem Baſilicam in integrum reſtituit. ibid. Henricus IV. Rex decreta prædeceſſorum ſuorum intuitu hujus monaſterii confirmat. 3. Abbatem cum ſua familia ab omni ſervitio Regis, Epiſcopi & Advocati liberum pronuntiat. ibid. vide *Caballus*. Ratio motiva, cur ſucceſſores Regum antecesſorum decreta confirmarint? ibid. quæ ratio tunc valet, ſi decreta rationabiliter & catholicè facta cognoſcantur. 4. vide inter moguntinos archiepiſcopos *Adelbertus I. Adolphus I. Theodericus*. Dagoberti I. Francorum Regis diploma de fundatione & privilegiis hujus cœnobii. 10. ſq. inter plura alia tradidit regalem villam Beggelingen cum undecim millibus hubis in diverſis mundi partibus. 13. reliquias pro Eccleſiæ altaribus obtinet a Papa. ibid. monaſterio amplam immunitatem concedit. 14. vide *Abbas Clingenſis*. Confundator fuit Clodovæus filius Dagoberti. 16. monachi ſæculariſationem petentes, hanc obtinent ab Innocentio VIII. Papa ad inſtantiam Philippi comitis Palatini. 7.44. rationes motivæ. 7.45. ſq. quas Trithemius teſtis coævus frivolas ac falſas dicit. 8. collegiatæ huic neo-erectæ incorporatæ ſunt paſtoriæ Wolmsheim & Serfelingen, nec non duæ Capellaniæ intra ſepta quondam monaſterii pro beneficiatis fundatae. 9. tres nonniſi monachi cum abbate Euchario ſuperſtites Praepoſituram ceu principalem dignitatem ſine cura, decanatum ceu ſecundam, demum cuſtoriam & cantoriam petebant, inſuperque ſeptem canonicatus. 47. hi cum Praepoſito ut eorum capite capitulum conſtituant. ibid. ulterius octo vicarias, & tres pueros chorales, una cum magiſcola, (magiſtro) qui pueros inſtruat in grammatica & cantu chorali. ibid. 49. ſaeculariſatio haec ceu unicum medium adferitur conſervandi hanc piam fundationem. 48. Comes Palatinns renuntiat hoſpitalitati hucusque conſuetae in interitum monaſterii, ac nobiles ab hac exactione hoſpitalitatis ſe velle cohibere promittit. 48. decanatui annexa eſt cura animarum. 49. haec ſaeculariſatio non vergat in prae-

Judicium ordinariorum. 52. jus parochialis Eccleſiae ſalvum maneat. 52. omnia bona mobilia & immobilia ad monaſterium Clingenſe ſpectantia menſae capitulari Eccleſiæ collegiatæ S. Michaelis applicantur & appropriantur ibid. vide *Canonicatus. Cuſtodia. Cantoria. Vicarius. Magiſcolatus. Chorales. Canonici. Capitulum. Beneficia. Abbas. Præpoſitus.* . . Perſonæ Eccleſiæ ſubſunt ordinarii jurisdictioni, ſicut fuere monachi. 55. Collegiata gaudet privilegiis aliarum collegiatarum diœceſis Spirenſis. 56. præſumptio, potentem quemdam Dominum caſtrum Landeck a monachis obtinuiſſe, ceu munus & motivum promovendi ſæculariſationem, ſi veritati conſonet, ſæculariſatio declaratur nulliter obtenta. 66. ſecus, ſi jam antea titulo feudi caſtrum poſſederat ibid. parochiæ in Wolmsheim & Serfelingen una cum duobus beneficiis in monaſterio fundatis quoad omnes reditus incorporantur fabricæ collegiatæ, titulis Eccleſiarum & Beneficiorum penitus extinctis. 67. 72. plebani tamen idonei præficiantur parochiis, adſignata eis congrua 74. miſſæ ad altaria fundatæ legantur. ibid. vide jus *Patronatus.* Abbatiam hanc in collegium ſæculare converſam extinxit Elector Palatinus Fridericus III. Joannis II. ducis Simmerenſis & Comitis Spanheimenſis filius. 83.

Cluſa monialium ord. S. Auguſt. apud Bubencapell Crucenaci. T. 5. p. 345. pauperes hæ Religioſæ ex opere manuum victitantes non habebant, unde ædes ſuas ruinam minltantes repararent. 345. 352. hinc Bertholdus archiep. mogunt. eas in monaſterium S. Petri translocat. ibid. novam hanc manſionem religionis cauſa perdiderunt in exilium actæ. ibid. a Daniele archiep. mogunt. è clauſa S. Margarethæ moguntiæ in cœnobium Eybingenſe miſſæ. ibid. a Wolffgango archiep. mog. demum translatæ ſunt Moguntiam in monaſterium S. Agnetis. 346. hinc corrigenda ſunt ea, quæ moniales Effigiei Danielis ſubſcripſere. 345.

Cluſa ſororum ſub regula S. Auguſtini juxta Eccleſiam

ſiam parochialem oppidi Kirchberg. T. 5. p. 466. hanc fundationem confirmat Bertholdus archiep. mogunt. 467. ſq. moniales ſive virgines, ſive matronæ tot recipiantur, quot ibidem laboribus manuum & largitione Eleemoſynarum nutriri poterint. 468. earum regula & vota. 469. aliquæ ſororum ſacra velamina a viſitatore ſuſcipere poſſunt. ibid. clauſura ſit arcta. Ibid. cum conſilio viſitatoris eligantur Rectrix, procuratrix & confeſſarius. 470. cui archiepiſcopus curam animarum committit. ibid. ægrotis tamen nonniſi præſciente & rogato parocho ſacramenta adminiſtret. 471. qui parochus deficiente confeſſario curam animarum habet. 471. præfatus archiepiſcopus benefactoribus cluſæ dat indulgentias. 473. viſitatores conſtituit Priores in Ravengirsburg & Schwabenheim ord. S. Aug. Canon. Regul. diœceſ. mog. 474. Philippus & Joannes Comites Palatini qua Patroni parochiæ Kirchberg procurant confeſſarium cum conſenſu Philippi Comitis Palatini, Præpoſiti majoris moguntini & paſtoris in Kirchberg. 477. ſq.

Cluſa Neoſtadii per tertiarias S. Franciſci (uti dicitur) inhabitata a Ludovico Comite Palatino in recompenſationem cenſus obtinent hortum, quem dein poſſederant Jeſuitæ. T. 5. p. 53. Cluſæ hujus ſitus & hodierna deſtinatio. 54.

Collegium Carolinum canonicorum regul. S. Auguſtini in Palatio imperiali Ingelhemii inferioris a Carolo IV. Imperatore fundatum. T. 2. p. 147. 149. 157. cum conſenſu Principum, procerum & Baronum. 158. Gerlaci archiepiſcopi moguntini & ſui Capituli. ibid. quatuor ſacerdotes Bohemi è monaſterio S. Caroli in civitate nova Pragenſi, regulares Canonici ordinis S. Aug. ibid. Domino famulentur ſub regularis diſciplinæ obſervantia. 159. abbas praefati monaſterii hos quatuor viſitare, inſtituere, deſtituere & commutare valet. 162. eorum reditus. 159. ſq. ſunt a teloneo liberi. 162. ex dato hujus diplomatis corrigitur Trithemius Epocham fundationis hujus collegii recen-

 tio-

tiorem ſtatuens, & alia jam refutata enarrans. 163. ſq. vide *Moguntinus Archiepiſcopus Gerlacus*. Electores imperii dant conſenſum in hanc fundationem. 169. ſq. vide *Imperator Carolus IV*. Collegium hoc a Carolo IV. Carlesmünſter dictum obtinet reditus è Teloneo in Oppenheim. 181. ex villis regiis in Nierſtein. 182. agros Königesbunde dictos in utroque Ingelhemio. 185. agros auf dem Konigeswalde. ibid. cenſum ſiliginis ex molendino Ingelh. infer. ibid. libras octo Hallenſium ex foro vinario utriusque Ingelhemii. 186. vide *Præpoſitus Ingelheimenſis. Imperator Wenceslaus. Rupertus. Sigismundus. Fridericus IV. Maximilianus I. Ferdinandus*. reditus Imperatori cedentes a judæis Francofurtenſibus a Carolo IV. dantur Collegio. 194. ſerviant ad reparanda ædificia ad libros, calices &c. procurandos. 195. cedant collegio uſque ad ſummam bis mille marcarum argenti perceptam ibid. rationes deſuper reddendæ. ibid. ſq. Vallum Collegio nocivum a Wenceslao Rom. Rege conceditur eidem ad uſum liberum. 207. ab eodem Rege obtinet duas carratas vini a Petro filio dicto Götzen zum jungen Borger zu Mentze reſignatas. 203. Wenceslaus Collegium hoc nominat Præpoſitum & Conventum der Dumherren zu Ingelheim. ib. bona Collegii elocata a conductoribus infidelibus tanquam propria retinebantur, per teſtamenta ad hæredes transmittebantur 219. 220. huic malo occurrit Sigismundus Rom. Rex. 220. ſq. 233. ſq. vide *Abbas Pragæ*. Collegium a Joanne archiep. mogunt. obtinet indulgentias. 164. litteras indulgentiarum authenticas declarant judices S. Moguntinae ſedis. 265. ſq. quinam indulgentiarum participes fiant? 268. reditus a Comite Palatino anno 1576. occupati. 462. vide *Præpoſitura Ingelheimenſis*.

Collegium Societatis Jeſu Neoſtadii ad Hartam fundatur. T. 5. p. 25. hujus ſocietatis author. 23. ſociorum vota. 24. repetita confirmatio. 24. 25. a Joanne Wilhelmo Electore Palatino obtinuit reditus in Wintzingen & Branchwei-

weiler. 27. hortum dictum Clauſengarten. ibid. domum ſocii ex propriis erexerunt. ibid. reditus confirmat Carolus Philippus Elector. 25. ſq. qui ſociis dat facultatem erigendi Collegium. 28. in quo praeſertim ſint miſſionarii & Patres tertiae probationis, qui in & extra urbem ſalutem populi curent. 29. in caſu, quo parochia Neoſtadii fors concredatur clerico vel aliorſum transferatur, ſocii tamen retineant quaesturas praefatas cum horto. ibid. quoad privilegia ſint ſociis Manhemii æquales. 30. domeſtici in domeſticis ſint immunes, in civilibus & criminalibus ſubſunt judicio Electorali. 31. bona adquiſita cum libertate & onere tranſeunt ad ſocietatem ibid. non adquirant bona ſine conſenſu Electoris ibid. in contractibus tenentur legibus palatinatus. 32.

Collegium ſapientiæ Heidelbergae a Julio III. Papa obtinet proventus reſiduos monaſterii Lixheimenſis. T. 2. p. 103.

Coloniæ in monaſterio dicto apud Ss. Machabaeos Richmodis abbatiſſa Sebacenſis ad vitam religioſam fuerat inſtructa. T. 5. p. 66. tractus iſte, in quo exſtructum extat hoc monaſterium a martyrio S. Urſulae & ſociarum appellabatur ager ſanguinis. ibid.

Colonienſis Archiepiſcopus Philippus concambium init cum Stephano abbate primo Otterburgenſi. T. 1. p. 252.

— — Wilhelmus tanquam archicancellarius Italiæ & Princeps Elector Imperii conſentit in fundationem collegii Ingelheimenſis factam a Carolo IV. Imperatore. T. 2. p. 173.

Comeda (Chumbdt) Parthenon ord. Ciſterc. T. 5. p. 451. ejus ſitus. ibid. fundator eſt Henricus de Dicke. 452. 455. fundationem confirmat Conradus I. archiepiſcopus mogunt. ibid. gaudet privilegiis aliorum monaſteriorum. 453. negotia monaſterii qualiter tractanda? ibid. electio abbatiſſæ & præpoſiti ſit libera. ibid. in cauſis arduis abbas ejusdem ordinis eligatur judex 454. fundator ob receptionem filiæ ſuæ Eliſabethæ in monaſterium novam facit donationem.

 455.

Digitized by Google

455. bona monaſterii apud Weſalias ab Henrico VII. Rom. Rege ab omni ſervitio liberantur. 455. jus Patronatus in Bornheim propè Flanheim a Rudolpho archidiacono Trevirenſi datur monialibus. ibid. Otto comes Palatinus reditus monaſterii in Diebach & Bacharach ab omni exactione vectigalis reddidit immunes. ibid. Ludovicus miles de Dunſo donat eidem bona in Enkerich. 456. Milites de Trays eidem plura bona dederunt. ibid. idem monaſterium a Prioriſſa & Conventu S. Catharinæ ordinis S. Dominici Treviris obtinet decimam in Moersdorf pro cenſu annuo tredecim maldrorum siliginis 456. Eccleſia Burneheim unita monaſterio comedenſi a Gerardo II. archiep. mogunt. ibid. capitulum moguntinum ob conſenſum datum in hanc unionem quotannis obtinet duas libras ceræ in feſto S. Martini. 457. porta quaedam in Senheim reædificanda à monaſterio, niſi bello fuerit devaſtata. 457. Ludovicus IV. Imperator bona apud Weſaliam pronuntiat libera. ibid. Comites Palatini Rudolphus & Rupertus confirmant immunitatem bonorum in Diebach, Bacharach & Caube, ab omni exactione & vectigalibus. 458. parochiani monaſterii à quavis domo quotannis dant panem unum & quartale avenæ ex mandato Joannis Comitis Palatini. 459. Eliſabetha & Anna de Coppenſtein moniales renuntiant haereditati in favorem ſororis. ibid. excepto caſu, quo hæredes deficerent. 461. 462. reditus hujus monaſterii occupati a Georgio duce Simmerenſi. 466.

Commendator ordinis S. Joannis in Heimbach Anſelmus quà paſtor primitivus in Merlheim una cum vicario parochiæ renuntiat cenſui, quem monaſterium uterinae vallis debebat, pro curia in recompenſam data. T. 4. p. 304.

— — Petrus de Durenkeim vendit cenſum trium librarum Hallenſium in Kanskirchen & Albirswilre monaſterio uterinae vallis T. 4. p. 420. ſq.

Concilium moguntinum ſæculi IX. monachis interdicit, ſæcularia placita adire. T. 4. p. 4. ejus ſu-

ſuper mores advocatorum diſpoſitio. ibid.

Confeſſarius monialium in Weidas diſſidium cauſat abbatiſſam inter & abbatem Eberbacenſem. T. 6. p. 91. moniales ob praetenſam injuriam alium petentes non audiuntur. 92. abbas mittat doctos & pios confeſſarios. ibid.

Confraternitas Limburgenſis Eccleſiae cum Eccleſia moguntina majore. T. 1. p. 112. abbas & conventus uterinae vallis conductori curiae Spirenſis ad portam Rheni ſitae conferunt fraternitatem plenam & communionem ſepulturae Eccleſiaſticae. T. 3. p. 101.

Congrua portio parocho in Alſenze ab abbate & conventu Otterburg: danda, quae ad hoſpitalitatem ſervandam, ad jura Epiſcopi & archidiaconi ſolvenda ſufficiat. Idque ſub poena nullitatis factae incorporationis. T. 1. p. 408. parocho in Offenheim. 422. parocho in Albich. 427. 429. Collegiata Cellenſis Plebanis in Wolmsheim & Serfelingen tenetur dare portionem congruam, quae ſufficiat ad hoſpitalitatem honeſtam. T. 2. p. 74. congrua Plebani in Bebingen à monaſterio uterinae vallis conſtituta confirmatur a Petro de Fleckenſtein Praepoſito Spirenſi majori. T. 3. p. 211. Conradus de Rodenburg vicarius perpetuus Eccleſiae parochialis in Ottersheim a monaſterio uterinae vallis conſtitutus jurat coram Epiſcopo Spirenſi Emichone, ſe in conventione cum monaſterio ratione congruae non praejudicaſſe ſuis ſucceſſoribus. T. 4. p. 393. ejusdem congrua. 394. idem monaſterium vicario perpetuo in Kanskirchen debet congruam. 442. congrua parochi in Bretheim in ſuffioiens inventa a Philippo Comite Palatino augetur decimis & reditibus Eccleſiae. T. 5. p. 14. 15. vicarius perpetuus in Schweighuſen a monaſterio Salſenſi habeat congruam, quae talis ſit, ut vicarius inde ſuam commode habeat ſuſtentationem. T. 6. p. 191. determinatur a Bertholdo Epiſcopo argentinenſi. 192. ſq.

Conradsdorff monaſterium ordinis praemonſtrat. vide *Advocatus* hujus monaſterii.

Conſtantienſis Epiſcopus advocatum monaſterii Beronis nocivum corripiat, non emendatum abjiciat, & advocatiam ſibi ſuisque ſucceſſoribus reſervet. T. 4. p. 162.

— — Gebhardus decrevit, ut monaſterium Petrishuſenſe a ſe conſtructum & dedicatum ſub defenſione Romanorum Pontificum in perpetuum conſiſtat. T. 4. p. 196. ejusdem circa advocatos diſpoſitio. 197. ſq.

Conſulatus Lutrenſis pronuntiat, circa jura ſylvarum Brant & Waldmarck ſtandum eſſe pro documentis monaſterii Otterburg. T. 1. p. 237.

Cruciniacum Crucenacum, Cruznaha, Creuznach, temporibus Carolingicis ab Eccleſia S. Martini & regali Palatio jam inclaruit. T. 5. p. 309. ſq. Carolus Craſſus Imperator hujus villæ reditus quoad partem nonam adſignat Capellæ in Franconofurd S. Salvatoris, quæ hodie eſt Eccleſia S. Bartholomæi. 311. Caſtrum ad Siniſtrum Navæ littus monti, quem Kautzenberg appellant, ſæculo XIII. imponi incœptum & fervido opere continuatum veriſimile eſt dediſſe anſam, excitandæ pedetentim novæ civitatis Crucenacenſis. 315. plurimæ familiarum nobilium curiae & caſtrenſium aedes jam ſaeculo XV. ibi extantes ſpectabilem ejus formam probant. 339. fons ſcaturiens in monte dicto Galgenberg qualiter ſit dividendus inter cives & monaſterium fratrum minorum, ſtatuitur a Philippo & Joanne Comitibus Palatinis. 361. ſq.

Cunigisunderon pagus, ubi abbatia Selſenſis ab Ottone III. Rege obtinuit praedia Biberich ad Rhenum (Biburc) & Mosbach (Moskebach) T. 2. p. 87.

Cuſtodia Clingenſis Eccleſiae Collegiatae retinet fructus huic officio ante monaſterii ſaeculariſationem annexos, & percipit inſuper decem maldra ſiliginis, totidem avenae, & medium plauſtrum vini. T. 2. p. 52.

Cuſtodia Eccleſiae in Schwabenheim a Margaretha Domina de Spanheim relicta Symonis Comitis cenſum duodecim maldrorum Siliginis annexum piſtrino (Banbackhus) in Sprendelingen. T. 5. p. 136. cuſtos idcirco lumen per-

perpetuum curet ad Symonis ſepulchrum: porro in anniverſario ejusdem quatuor candelas octo librarum cerae ad ſepulchrum, tempore vigiliarum & miſſarum arſuras, tandem ceræ libram unam pro luminaribus per altaria diſtribuendis. ibid.

Cuſtodia monaſterii uterinae vallis emptione adquirit vineas, in Sibeltingen a Joanne milite de meti. T. 3. p. 98. ex bonis in Albrechswilre percipit lagenam vini tempore vindemiae. 382.

Cuſtos monaſterii uterinae vallis de bonis in Bellenheim percipit duo maldra ſpeltae ad conficiendas hoſtias. T. 3. p. 87.

D.

Daimbach monaſterium monialium ord. Ciſterc. a Wolframo de Lewenſtein obtinuit reditus. T. 6. p. 101. Hermannus Muckelin miles cum ſuis haeredibus bona ſua in Degenbach (Daimbach) donat ad conſtructionem hujus monaſterii, in quo ejus filiae cum aliis monialibus Deo ſerviant. ibidem vide *Abbatiſſa*. Bertholdus archiep. mogunt. Joannem abbatem S. Diſibodi cum aliis conſtituit viſitatorem monaſterii. 103. bona reſidua obtinuit univerſitas Heidelbergenſis. ibid.

De Dalsheim Herbortus vaſallus ab Ottone de Bruchſella Domino de Bolandia obtinet conſenſum in permutationem feudi. T. 1. 238. 413. bona feudalia in Epilnsheimer Marca vendens monaſterio Otterburg bona ſua in Dalsheim reſignat Domino directo, qui hæc eidem dat in feudum. 413.

Damheim bona feudalia ab Hugone & Cunone militibus de Zeizinkeim venduntur monaſterio uterinæ vallis cum conſenſu Rudolphi de Fleckenſtein ceu Domini directi. T. 3. p. 26. medietatem bonorum in Luſtat feudali jure obtinent. 27. eidem monaſterio datur cenſus decem ſolidorum Hallenſium pro remedio animarum. 477. eſt ad infirmariam deſtinatus. 478.

Danſtat bona monaſterii Herdenſis a Ruperto Comite Palatino declarantur immunia. T. 4. p. 468.

Dapifer Epiſcopi & Capituli Spirenſis Otto dictus Broceln bona officio ſuo an-

annexa elocat pro ſe ſuisque ſucceſſoribus cum conſenſu Friderici Epiſcopi, Decani & Capituli, T. 3. p. 220.

Daudenheim villæ medietas ab abbatiſſa & conventu monaſterii in Weidas datur Ludovico Comiti Palatino ejusque hæredibus. T. 6. p. 93. 96. conſentit Laurentius de Dornheim Abbas Eberbacenſis quà viſitator. 99.

Decanatus Eccleſiæ Clingenſis. Ad hunc ſoli Canonici ſunt habiles. T. 2. p. 49. ei eſt cura animarum annexa. ibid.

Decanus S. Andreæ Wormatiæ ceu conſervator jurium monaſterii Otterburgenſis citat Carlebacenſes ob ſpolia monaſterio illata. T. 1. p. 243.

Decanus Clingenſis indicit capitulum, & vicarios corrigit delinquentes. T. 2. p. 49.

Decanus & capitulum S Germani Spiræ manutenentur in poſſeſſione prædii dicti Wolfesauwe juxta Rhenum verſus Reinsheim contra turbationes ſculteti & juratorum in Lingenvelt. T. 3. p. 297.

Decanus S. Martini Bingæ Jacobus Steyn cum capitulo cenſum Domui conventus Schwabenheimenſis annexum relaxant pro quinquaginta florenis auri. T. 5. p. 289. ſq.

Decanus in Weſtheim Joannes contractum ſuper redemptione cenſus in Lenginvelt a monaſterio uterinæ vallis celebratum cum domicello dicto de Selenbach confirmat. T. 3. p. 377. qui domicellum ejusque conjugem Dinam ſuos appellat ſubditos. ibid. Sigillum decaniæ ſuæ adprimit. 378.

Decanus S. Widonis Spiræ Erpho curiam & bona in Didensheim vendit monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 147.

Decimæ in Keuchen a vaſallo monaſterii Limburgenſis cum conſenſu Theoderici abbatis venduntur Præpoſituræ Nuenburgenſi. T. 1. p. 66. decimas in Carben capitulum Eccleſiæ collegiatæ Aſchaffenburgi emit a Caſparo Præpoſito & conventu Naumburgenſi. 68. decimæ, quas Comites de Leiningen debent de bonis in vicinia monaſterii Limburgenſis, eis remittuntur intuitu Ludovici Comitis Palatini.

T.

T. 1. p. 175. quas tamen in poſterum dare tenentur. ibid. decimæ ex novalibus in Hauſen & Greden quoad duas partes cedunt monaſterio præfato, pars tertia ad comites ſpectat. ibid. decimæ in Erlenbach prætenſæ ab Eccleſia in Sambach, Otterburgenſi Eccleſiæ adjudicantur. 220. 267. ſententiam confirmat Sifridus II. Archiep. mog. 268. decimæ in cenſum permutantur ab abbatibus Otterburgenſi. 230. 323. pars decimæ in ſylvis Waldmarck & Brando a Conrado de Wartenberg venditaOtterburgenſi monaſterio. 232. 346. decima in Mundevelt aliisque villis illuc pertinentibus in pago Spirigowe, in comitatu Hugonis Comitis ab Henrico III. Imperatore datur monaſterio Selſenſi. T. 2. p. 88. Waltherus III. abbas Selſenſis compoſitionem init cum Alberone abbate novi caſtri & Eberhardo circa decimas in Laubach. 93. Eccleſia Leodienſis major decimam in Kandeneche permutat pro decima monaſterii Wadegotienſis in Buckenheim. 106. reſervatis ſibi inſuper duodecim modiis ſiliginis vel una carrata vini. 107. optio hæc dependet a voluntate capituli Leodienſis. ibid. cenſus hic reſervatus expenſis monaſterii Wadegotienſis Wormatiæ præſtandus. ibid. Innocentius IV. Papa confirmat compoſitionem ſuper decimis in Grinbach initam Hornbacenſem inter & uterinæ vallis abbates. T. 3. p. 20. porrò compoſitionem ſuper decimis grangiæ Leyben inter eosdem initam. 22. bona propriis monachorum manibus vel ſumptibus culta uti & incrementa animalium ab Eugenio IV. Papa in favorem monaſterii uterinae vallis declarantur decimis libera. 31. decima major & minor in Altdorf a Joanne milite dicto de meti vendita monaſterio uterinae vallis. 103. 107. conſentit abbas Weiſſenburgenſis ceu Dominus directus. 104. 107. bona Maulbrunnenſis monaſterii, quæ monachi propriis manibus vel ſumptibus colunt, a Friderico I. Imperatore declarantur immunia à decimis tam Laicalibus, quam Eccleſiaſticis. T. 4. p. 92. Emicho de Leiningen monaſterio monialium Heilsbruck legat de-

decimas in Eden- & Waſſerkoben. T. 5. p. 94. decimae in Bünheim (Bonheim) & Hackenheim Præpoſito & capitulo in Schwabenheim dantur in pignus ab illis de Baſinheim. 161. 164. manent redimibiles per annum & diem. 165. conſentit Joannes comes Rhenenſis & ſylveſtris de Dünen ceu Dominus directus. 166. Praepoſitus & conventus inSchwabenheim decimas in Hackenheim Nicolao Kindel de Smydberg in pignus datas redimunt è manu laicali. 205. Arnolphus Imperator decimas ſalicae terrae in Alceja &c. tradidit Eccleſiae S. Petri Wormatiae. T. 6. p. 3. decimae in Alceja occurrunt inter reditus dotales monaſterii Ravingirsburg. 4. decimae in Nidderwiſſen Joannem de Morsheim inter & Auguſtinianos Alcejae controverſae a Philippo Comite Palatino adjudicantur Joanni de Morsheim. 8. qui tamen cenſum annuum praeſtat Auguſtinianis. 9. ſq.

Denckendorff monaſterium fratrum S. Sepulchri ab Honorio II. Papa confirmatur, ejusque Praepoſito datur libera poteſtas eligendi advocatum cum fratrum conſilio. T. 4. p. 191.

Derenbach ibi jus ad aquandi prata ſub certis modis conceditur monaſterio uterinæ vallis. T. 4. p. 450.

De Dicke Heinricus eſt fundator monaſterii monialium Comedenſis. T. 5. p. 452. 455. familia hæc eſt ab antiquo celebris. 454. Arnoldus de Dickka cum ſorore ſua & fratre Hermanno quartam partem donationis Eccleſiæ in Crevelt delegavit monaſterio Meren. 454. Eberhardus octodecim annorum adoleſcens a Jongelino dicitur fundator præfati monaſterii. 455. qui demum fuit in hoc ordine Subdiaconus. ibid.

Didensheim. vide *Decanus S. Widonis.*

Dirbach ibi monaſterium uterinae vallis cenſum adquirit. T. 3. p. 237. 261.

Dirmſtein ibi villa monaſterio Otterburg propria fixos habet reditus a Palatino Comite occupatos. T. 5. p. 7.

Diſchephenninge jus hoc de bonis monaſterii uterinæ vallis in Altenvorſt exigen-

gentes villani in Bubenwilre repelluntur a Friderico milite dicto de Tan, ceu Domino villæ Bubenwilre. T. 3. p. 101.

S. Diſibodi monaſterium in diſciplina & facultatibus collapſum ab ordine S. Benedicti transfertur ad monachos Ciſtercienſes a Gerardo I. archiep. mog. T. 1. p. 227. 307. ſolvit cenſum duodecim maldrorum Siliginis monaſterio monialium in monte S. Ruperti. T. 5. p. 246. 248.

Diſtributiones quotidianæ in Clingenſi collegiata qualiter dividantur? T. 2. p. 53.

Dittelsheim vide *Abbas Otterburgenſis Hertwicus.*

Documenta in adminiſtrationis Eccleſiaſticæ Scriniis Heidelbergæ aſſervata. T. 6. p. 158. ſq.

Domus Hoſpitalis fratrum S. Antonii Alcejæ bona in Wihenheim elocat pro cenſu annuo triginta maldrorum ſiliginis. T. 6. p. 27. contractum confirmat commendator domus Teutonicæ Francofurti. 31. eadem domus a Sybilmanno Monzhorn milite de Flanborn obtinet pratum in Oberwiſſen pro anniverſario. 31. ſq. altare S. Catharinae in Hoſpitali emptione adquirit cenſum octo Schillingorum Hallenſium. 33. eadem domus cenſum unius floreni piſtrinæ in Wonsheim inhærentem obtinet a Wirico de Duna Domino in Falckenſtein & Oberſtein. 37. pratum in Mulborn huic domui cenſiticum venditur. 41. Geza de Offenheim fratribus S. Antonii bona & reditus donat pro receptione in ſororem. 42. reditus utriusque domus S. Auguſtini & S. Antonii Cellariæ Alzejanæ incorporati anno. 1568. 45.

De Duna Wiricus ratam habet diviſionem ſylvarum Waldmarck & Fronden. T. 1. p. 233. 359. idem partem ſuam vendit Henrico I. abbati & conventui Otterburg. 236. 389. 394. accedunt fidejuſſores. 391. varia bona reſignat Imperio in recompenſationem feudi venditi. 395. Werici junioris de duna nomen occurrit in Eccleſia Otterburgenſi lapidi inciſum. 237. uti & illud uxoris Iſigardis. 238.

Dürckheim ibi Joannes abbas Limburgenſis rem judiciariam in ordinem redegit

Digitized by Google

git meliorem. T. 1. p. 68. Nicolaus abbas partem hujus oppidi in feudum concedit Heſſoni comiti de Leiningen. ibid. incolæ villæ Dürckheim ſecuritatis cauſa declinaverunt in caſtrum Emichonis comitis de Leiningen, Duroburgum dictum, ſive Hartenburg. 74. de bello hoc Palatinum Comitem inter & comitem de Leiningen vide p. 74. ſq. Durckheim cum aliis locis a Conrado II. Imperatore datur monaſterio Limburgenſi. 85. Philippus Comes Palatinus controverſiam abbatem Limburgenſem inter & communitatem in Dürckheim componit. 131. ſq. Dominium monaſterii Limburg. in Durckheim a comitibus de Leiningen læſum introductis novis ordinationibus vindicatur. 169. ſq. ſubditi in Dürckheim hauſen & greden ad ſervitia monaſterii vocati non avocentur a comitibus præfatis. 177. Peregrini per annum & diem Durckhemii commorantes ſubduntur monaſterio Limburg. 179. ædificia ad monaſterium tranſeunt cum onere annexo. 180.

Durſeurewt civitas varias cum abbate in Waldſachſen controverſias habet, quas finit Philippus Comes palatinus. T. 4. p. 109. ſq.

E.

Eberbach allodium ibi a Reginoldo abbate Selſenſi datur agneti Abbatiſſæ Regiopontanæ in Emphyteuſin. T. 2. p. 92.

De Eberſtein. vide *Advocatus monaſterii Alba.*

Eccleſia Cellenſis a Theodorico Veronenſi Epiſcopo, authoritate archiepiſcopi moguntini dedicata. T. 1. p. 228.

Eccleſia Clingenſis in Collegiatam erecta ab Innocentio VIII. Papa. T. 2. p. 44. ſq. vide *Clingenſe monaſterium.*

Eccleſia Leodienſis. vide *Decima in Kandeneche.*

Eccleſia S. Mauritii Spiræ de domibus & hortis in Weſtheim habet decem denarios cum obolo, & quatuor cappones cenſuales. T. 3. p. 413.

Eccleſia Wirceburgenſis a Carolomanno obtinet Eccleſiam S. Remigii in Ingelhemio ſuperiore. T. 2. p. 152. porro plures Cellulas & Baſilicas SS. Willibrodi & Bonifacii cura exſtructas & S. Martino de-

dedicatas ibid. demum Baſilicam in caſtro Wirceburgenſi in honorem S. Mariæ conſtructam. ibid. Baſilicam B. M. Virginis in villa Nerſtein ibid. Eccleſiam S. Martini Crucenaci. ibid.

Eginhardus vitæ Carolinæ ſcriptor diligentiſſimus atteſtatur, Pallatium Ingelheimenſe a Carolo M. à fundamentis exſtructum fuiſſe. T. 2. p. 149. naſci ergò in Pallatio non potuit. ibid. mirandum eſt, Eginhardum neſciviſſe annum nativitatis Caroli M. 150.

Einſidlenſe monaſterium a Conrado III. Imperatore obtinet immunitatis & libertatis confirmationem. T. 4. p. 91. a Lutoldo de Regensberg & ejus conjuge prædium Vahre cum capella ibi fundata, & omnibus loci emolumentis, ea conditione, ut ibi cella & clauſtrum regulare monialium conſtruatur. 172. vide *Advocatus*.

Eleemoſynarius perpetuus aulæ cæſareæ eſt præpoſitus Collegii Carolini in Ingelhemio inferiore. T. 2. p. 187. ſq. ejus officium eſt, ante menſam imperialem in ſuperpelliceo & mitra varia, & eum bacnlo comparere. 189. victualia idcirco obtinet pro ſe, duobus famulis & tribus equis. 190. licentiam habet ſeligendi duos clericos cooperatores, qui pariter a curia imperiali alantur. ibid.

Enckenbacenſis monaſterii monialium ord. Præmonſtrat. Præpoſitus & conventus profitentur, quartam partem ſylvæ Waldmarck ſpectare ad monaſterium Otterburgenſe. T. 1. p. 296. curia tamen Enckenbacenſis in Nunkirchen ſit libera ab annona, quæ dicitur Holzkorn. 297. idem conventus monialium bona in Chemnaten vendidit Otterburgenſibus. 298. accedente voluntate Wirici de Duna advocati. 298. condemnatur ad reſtitutionem ſpoliatorum præſtandam Otterburgenſibus. 298. ſq.

Enckerieh ibi Ludovicus miles de Dunſo bona donat monaſterio monialium comedenſi. T. 5. p. 456.

Epiſcopus, in cujus Parochia monaſterium Laureshamenſe fundatum eſt, abbatem vel monachos inquietare non audeat ex diſpoſitione Caroli M. Francorum Regis. T. 4. p. 18. idem ſtatuit Otto I. Rex.

Digitized by Google

Rex. 29. Benedictus VII. Papa ſtatuit, ne Epiſcopus præmium ſive domum pro conſecratione abbatis accipere contendat. 32. ſi eum gratis ordinare noluerit, ordinetur ab alio authoritate apoſtolica. ibid. ſimile quid de monaſterio Fabarienſi ſtatuit Conradus II. Imperator. 88. & Fridericus I. 93. Bertha quoque Regina monaſterium paterniacenſe fundans. 196.

Epternacenſe monaſterium Treviris finitimum a Poppone abbate Limburgenſi obtinet Humbertum abbatem. T. 1. p. 33. ab Henrico Comite malis conſiliis advocati ſeducto in multis damnificatum, auxilium obtinet a Palatino Comite Henrico vices Imperatoris agente. T. 4. p. 214.

Equus ambulans cum coopertura monaſterio uterinæ vallis legatur ab Hugone milite de Bellenheim dicto Havener. T. 3. p. 87.

Erlenbach prædium ad monaſterium Otterburgenſe pervenit. T. 1. p. 218. 254. quod cum aliis monaſterii curiis Otto IV. Rom. Rex declarat immune ab omni nexu feudali. 220. 259. Fridericus II. Rom. Rex jurisdictionem monaſterii in villam Erlenbach & curias adjacentes confirmat. 221. 272. idem ſtatuit Henricus VII. Rom. Rex. 223. 279. hoc prædium cum Domino Degenhardo miniſteriali Imperatoris monacho Otterburgenſi facto tranſivit ad monaſterium. 254. idem Degenhardus poſt quinquennium ad monaſterium Enckenbach tranſiens prædium jam non ſuum tradidit huic monaſterio. ibid. lis hæc ſopita eſt a congregata Nobilitate in Rohrbach. 255. idem prædium Otterburgenſes inter & Merbodonem de Sauelenheim ejusque fratrem Wernherum querelas cauſavit, quas Otto IV. Imperator ſopivit. 259. ſq.

Erpach Caſtrum. vide *De Breuberg.*

Ettenkoben ibi Marquardum ſcultetum in Neuſtadt bona ſua donaſſe monaſterio uterinæ vallis pro ſalute animarum, atteſtatur Henricus dictus de Rupretisburc. T, 3. p. 42. ducis prætenſio ex veridica Nobilium relatione revellitur. 43. feudum dimidiæ carratæ vini & duorum

rum quartalium in Ettenkoben a Wolframo & Sigelone de Haſelach venditur monaſteriis uterinæ vallis & Pontis ſalutis. 65. nobiles de Meiſterſel ceu Domini directi in recompenſam a venditoribus obtinent duo jugera agrorum in Haſelach, ibid.

F.

Fabarienſe monaſterium in provincia Rhetiæ ab Arnulpho Rege in defenſionem ſuſcipitur. T. 4. p. 57. idem agit Conradus II. Imperator. 88. & Fridericus I. Imperator. 93.

Falckenau monaſterium. vide *Advocatus*.

De Falckenſtein Philippus finit controverſiam monaſterium Otterburgenſe inter & illos de Wartenberg circa jus paſcuæ & lignandi in Waldmarck & Brando. T. 1. p. 226. ſq. compoſitionem hanc ratam habent Comites de Leiningen ibid. Philippus & Wernherus fratres de Falckenſtein immunitatem bonorum ab anteceſſoribus conceſſam Eccleſiæ in Gomersheim confirmant. T. 5. p. 403.

Familia Eccleſiæ olim vocabantur ſubditi monaſteriorum. T. 4. p. 229. 459.

Feſtum dedicationis Eccleſiæ uterinæ vallis ob nimium populorum concurſum, ob ſcandala & inſultus a dominica ſecunda paſchæ transfertur in dominicam proximam ante adventum, ab Emichone Epiſcopo Spirenſi. T. 3. p. 8.

De Flamburn Rudewicus miles monaſterio Otterburgenſi donavit curiam Wormatiæ ſitam. T. 1. p. 223.

Flandriæ Comes Robertus Friſius monaſterii Meſſinenſis ab Adela matre ſua conditi poſſeſſiones confirmans advocatiam adſignat uni ex familia. T. 4. p. 166.

Fleckenſteinii ex bonis abbatiæ Selſenſis trans Rhenum multa obtinuerunt. T. 2. p. 89. Rudolphus de Fleckenſtein qua Dominus directus conſentit in venditionem bonorum in Damheim. T. 3. p. 26. vide *Damheim*. Nobiles de Fleckenſtein renuntiant juri ſuo in Leimersheim, Kuhart &c. in favorem monaſterii Herdenſis. T. 4. p. 466.

De Flersheim Joannes Satrapa Lutrenſis profitetur ſe velle manutenere judicium ab Otterburgenſi abbate ſtabilitum. T. 1. p. 486. ſq.

Flersheim inferior. ibi bona a Joanne milite de Guntheim data monaſterio vallis S. Mariæ in remedium animæ. T. 5. p. 443. ab Hermanno Priore alienata ſine conſenſu conventus, ſine præſcitu Wernheri de Bolandia vices advocati gerentis nomine Imperatoris vindicantur. 444. emptrici reliquuntur fructus percepti. ulterius eidem dantur duo talenta, ut ipſa ejusque hæredes omni juri renuntient. 445. quorum memoria agatur in perpetuum. ibid.

Foreſtum Leimersheimenſe donatur monaſterio Herdenſi. T. 4. p. 464.

Forum juſtitiæ in Dürckheim ab abbate Limburgenſi ſolitariè prætenſum idcirco non interrumpetur ab Emichone Comite de Leiningen in præjudicium partium. T. 1. p. 146.

Franciæ Rex Dagobertus I. eſt fundator monaſterii Blidenvelt, dein Clingenmünſter dicti. T. 2. p. 1. 10. cum filio ſuo Clodoveo. 16. diploma fundationis. 10. ſq. idem S. Petro Wormatiæ donat civitatem Lobdenburg. 17. donatio hæc facta eſt moguntiæ in pallatio regio. ibid. Authentia hujus documenti. ibidem fundatio monaſterii Weiſſenburgenſis ab eodem facta. 13. 18. Eccleſiæ Trevirenſis poſſeſſiones confirmat. 18. ejusdem donatio abbatiæ S. Maximini Treviris facta. ibid. alias ejusdem donationes vide ibid. humilis Dagoberti confeſſio & viſio in utroque exemplari fundationem Weiſſenburgenſis & Clingenſis vix non verbotenus continetur. 19. annus emortualis Dagoberti dubius nova diſquiſitione indagandus, antequam idcirco diploma dicatur falſum & erroneum. 19.

Franciſcani Heidelbergenſes a Joanne Wilhelmo Electore & Comite Palatino obtinent facultatem erigendi miſſionem, & demum monaſterium in Germersheim. T. 5. p. 22. monaſterium S. Wolffgangi in Creutznach ord. FF. minorum de obſervantia. 355. narrationem Trithemii de exordio & progreſſu

greſſu hujus monaſterii vide ibidem. fundatio hæc a Philippo & Joanne Comitibus Palatinis confirmatur. 356. fratres minores ſint ex provincia argentinenſi, & degant ſub obedientia vicarii provincialis hujus provinciæ. 357. 359. Sixtus IV. Papa hoc confirmat. 358. præfati Comites monaſterium nondum completum abſolvunt. 359. cujus proprietas transfertur in manus Eccleſiæ Romanæ. ibid. ejus privilegia. 360. ſq. occupatum eſt tempore reformationis. 365.

Franckenſtein caſtrum a Joanne abbate Limburgenſi in feudum datur Friderico Comiti de Leiningen. T. 1. p. 66. 115. termini hujus caſtri deſcribuntur. 116.

Franchenwilre ibi monaſterium uterinæ vallis varios cenſus adquirit. T. 3. p. 456. ſq. T. 4. p. 257. 271. 287. ſq.

Francofurtum ibi reditus Imperatoris a medietate Judæorum, judæarumque præſtandi a Carolo IV. adſignantur Præpoſito collegii Ingelheimenſis. T. 2. p. 194. ſq.

Freckenvelt ibi monaſterium uterinæ vallis cenſum adquirit. T. 3. p. 409. Henricus abbas Laureshamenſis ancillis Chriſti in Gomersheim dat fundum in vico Freckenvelt in termino villæ Gernesheim ſitum pro cenſu annuo quinque unciarum Cellario Laureshamenſi ſolvendarum. T. 5. p. 401.

Fridelsheim (Fridolvesheim) caſtrum ab Henrico Ulner de Dieburg abbate Limburgenſi adquiritur ſuo monaſterio, qui id coemit a Friderico Comite Palatino. T. 1. p. 69. 125. ſq. curia ibi ab illis de Mechenheim venditur eidem monaſterio. 66. 117. translatio Dominii fiebat per Calami porrectionem 120. Bruno abbas Limburgenſis mediante Henrico V. Rom. Rege in Epiſcopum Spirenſem poſtulatus Eccleſiam Fridelsheim dat Limburgenſi Eccleſiæ pro remedio animæ. 48. cum conſenſu vaſalli. 49. Otto miles curtem in Fridolvesheim dat Eccleſiæ Limburgenſi. 56. inſuper cenſum ibidem. donatio hæc facta eſt in ſancta Limburgenſi Eccleſia ad principale altare. 57. 89. 90. incorporationem parochiæ Fridelsheim præfatam confirmat Guntherus Spirenſis Epiſcopus. 58. 96.

prædium in Fridelsheim a Domina Ida Comitiſſa de Maddenberg venditur Henrico abbati Limburgenſi. 60. 99. venditio hæc ſine conſenſu hæredum facta impugnatur. 60. 100. Conradus abbas litem compoſitione finit, quam confirmat Ratbodo Spirenſis Epiſcopus. 60. 99.

G.

S. Galli monaſterium ſubalpinum a Poppone abbate Limburgenſi obtinuit Nordbertum abbatem. T. 1. p. 33. vide *Advocatus.*

Ganenbach ibi Conradus de Wartenberg bona reſignat Imperio, ob bona feudalia in Mittelrorbach &c. vendita monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 353.

Geckelingen ibi Conradus Duthehane in Clingenſi monaſterio reſidens bona ſua vendidit, conventui uterinæ vallis, ſub reſervatione dimidiæ urnæ olei ad infirmariam quotannis præſtandæ. T. 2. p. 77. idem Conventus cenſum unius libræ Hallenſium, & unius urnæ olei emptione adquirit. T. 4. p. 431. 433.

Geilſtein dicuntur lapides terminales. T. 1. p. 373.

Gemblacenſe monaſterium in Brabantia ab Ottone I. Imperatore obtinet advocatum Lambertum Comimitem Lovanienſem. T. 4. p. 60. ſq. vide *Advocatia.*

Genheim (Geigenheim) parochiæ jus Patronatus habet abbas Hemerodenſis. T. 1. p. 26.

S. Georgii monaſterium vi privilegii ab Henrico V. Rom. Rege conceſſi liberam habet facultatem eligendi & removendi advocatum. T. 4. p. 188.

Georgenthal monaſterium ord. Ciſterc. advocatum habet archiepiſcopum moguntinum. T. 4. p. 202.

Gerayda nomen ſylvarum. T. 1. p. 28.

Germersheim monaſterium ibi ſervorum B. M. Virginis a Carolo IV. Imperatore obtinet jus Patronatus Eccleſiæ parochialis loci pro ſublevanda inopia. T. 5. p. 9. vivebant ex Eleemoſynis quotidianis fidelium. 10. parochia a Gerardo Spirenſi Epiſcopo ad inſtantiam Ruperti ſenioris Comitis Palatini ſic uniatur monaſterio, ut a Priore vel ab uno ex fratribus cura ſuſcipiatur & exerceatur. 11. obtinuerunt ad hoc in-

Digitized by Google

indultum a ſede apoſtolica. 12. Germershemium apud romanos audit vicus Julius. ibid. ejus ſitus. ibid. vicus hic ſub Rudolpho Habsburgico Rom. Rege in oppidum imperiale crevit. 13. caſtrum & oppidum a Ludovico Bavaro in pignus datum, & nonniſi anno vigeſimo quinto redimi poteſt. ibid. vide *Bretheim.*

Gerodenſe monaſterium a Widelone comite fundatum, a Domina Riggarde Rudolphi marchionis è domo Stadenſi relicta & ejus hæredibus traditur Eccleſiæ moguntinæ in perpetuam proprietatem. T. 4. p. 168. 169. ità tamen, ut monachi ſecundum regulam S. Benedicti inibi conſtituantur, ibidem vide *Advocatus.*

Geſeck monaſterium virginum ab Ottone I. Rege Germanorum in tutelam ſuſcipitur. T. 4. p. 154. Advocatia ſpectat ad Comitem Hoholt loci fundatorem ejusque hæredes. ibid.

Girloſe hujus vocis ſignificatio. T. 5. p. 128.

Gleſſersmunt Joannes armiger cum ſua conjuge monaſterio uterinæ vallis vendit curiam & bona in Weſtheim &c. T. 3. p. 363. cenſus ex his bonis præſtandi. ibid.

Gomersheim (Gumersheim) ibi monaſterium uterinæ vallis pratum obtinet. T. 3. p. 301. idem monaſterium pratum elocat pro cenſu annuo. 317. villa ſub Carolo Rege jam occurrit. T. 5. p. 402.

Gomersheim parthenon ord. præmonſtrat. apud Odernheim. T. 5. p. 400. vide *Freckenvelt.* Philippus & Wernherus de Falckenſtein fratres confirmant immunitatem ab anteceſſoribus datam Eccleſiæ in Gomersheim 403. idem agit Wernherus de Bolanden imperialis aulæ dapifer. 405. bona in Bertoldisheim pronuntiantur ab omni alia exactione libera, poſtquam prior & Conventus monialium Philippo de Hohenvels conſtituerant penſionem annuam 406. magiſtrae & conventus ad Steuram & exactionem in Odernheim conferunt tres libras Hallenſium. 408. Fratres de Kedenheim armigeri renuntiant juri ad præbendam in monaſterio. 409. Fridericus Comes Palatinus elocationem bonorum in

in Köngernheim ab abbatiſſa & conventu factam ſine præſcitu & conſenſu abbatis in Arnſtein, ratam habet. 411. ſq. conventus cum abbate Arnſteinenſi Meffrido vendit Eccleſiæ parochiali in Bechtelsheim quinque florenos annuos, quos moniales ſolvant jurato Eccleſiæ. 417. 418. Agnes & Dorothea ſorores natæ de Sauwelnheim moniales, filiæ Friderici Hundt de Sauwelnheim renuntiant hæreditati ulteriori ob dotem ſibi datam. 421. excepto caſu, quo familia hæredibus eſſet deſtituta. 422. Ludovicus Comes Palatinus abbati Arnſteinenſi mittit conventionem abbatiſſam inter & magiſtratum civium in Odernheim concluſam ad confirmandum. 424. nomina defunctorum in hoc monaſterio. 425. ejus reditus. 441. occupatum eſt a Comite Palatino. ibid. moniales reſiduæ penſionem ad dies vitæ obtinuerunt. ibid.

Gotteſaugienſe monaſterium ab Henrico V. Rom. Rege confirmatur. T. 4. p. 189. vide *Advocatus*.

Gotramſtein ibi cenſus ab Henrico dicto Wolfer milite de Gotramſtein venditur monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 255. caſus non liberat a præſtatione. 256. cenſus ibidem donatur eidem monaſterio. T. 4. p. 271.

Grandis vallis monaſterium in ducatu Heliſacenſi a Lothario Imperatore in protectionem ſuſcipitur. T. 4. p. 54. vide *Alſatiæ Comes*.

Grangiæ dicuntur à Granis, quæ ibi reponuntur, ſunt domus inſtructæ omnibus ad œconomiam ruſticam neceſſariis. T. 5. p. 5. ſubin dicuntur obedientiæ. 8.

Gundersheim. vide *Arbitri. Arbitrium*.

Gundramsheim ibi Irſuti Comites bona & reditus vendunt monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 235. 387. cenſus bonis his inhærentes præſtandi ſunt Eccleſiis S. Petri & Andreæ Wormatiæ. 387. eidem monaſterio cautionis loco dantur bona in Fremersheim. 388. 242. 441. vide *Abbas in Münſter-Treiſa*.

H.

De Habſpurg Wernherii Comitis filius major natu eſt advocatus monaſterii Mu-

Murenſis. T. 4. p. 167. advocatiam tamen ab abbate accipit non in beneficium & jus proprium, ſed ad gratæ defenſionis ſuffragium ibidem. vide *Advocatus*.

De Habspurg Albertus Comes & Landgravius Alſatiæ privilegium monaſterio S. Trudperti quondam datum a Luitfrido Comite ejusque filiis confirmat. T. 4. p. 177. filios ſuos & hæredes eorum declarat advocatos monaſterii, quin abbatem turbent in ſua gubernandi poteſtate. ibid.

— — Rudolphus advocatiam Eccleſiæ de Tellewile a Berchtoldo nobili de Snabelburc jure feudi poſſeſſam, nunc reſignatam confert abbati & conventui de Wettingen Ciſterc. ord. jure proprietatis perpetuo poſſidendam. T. 4. p. 203.

Hackenheim vide *decimæ*.

Halberſtadienſis Epiſcopus Bernardus Ottoni I. Imperatori Epiſcopatum Magdenburgenſem fundare meditanti noluit cedere partem parochiæ Magdeburgenſis ſibi jure diœceſano ſubjectam. T. 1. p. 16.

Hallenſes duæ faciunt denarium. T. 4. p. 309.

De Hanau Müntzenberg Philippus Comes. vide *Abbas Limburgenſis. Joannes de Bingenheim.*

Hanevilare villa, quam poſſederat abbatia S. Maximini Treviris, a Conrado II. Imperatore datur S. Martino moguntiæ. T. 1. p. 38.

Hardt plures ſylvæ hoc nomine veniunt. T. 1. p. 28.

De Hartenberg Petriſſa curiam in Durinckheim legat monialibus in Schönfeld. T. 1. p. 65. legatum Sigillo munit Stephanus abbas Limburgenſis ad petitum Petriſſæ. ibid.

Hartenburg Caſtrum a Friderico Comite de Leiningen in fundo Eccleſiæ Limburgenſis exſtructum. T. 1. p. 62. Comes damnum Eccleſiæ idcirco illatum recompenſat. 62. 105. 106. montem hunc, cui caſtrum inſidet, Volmarus abbas denuo ceſſit Comiti. 64. 107. Fridericus præfatus ob hoc caſtrum promittit octingenta maldra ſiliginis ex prædio Böhl prope Hasloch danda monaſterio Limburg. intra quadrien-

nium. 107. varias monaſterio curtes reſtituit ibid. fines hujus Caſtri. 108.

Hauſen monaſterii moniales a regularis diſciplinæ tramite receſſerunt. T. 1. p. 61. inopiam ſuam mediis illicitis relevabant. ibid. hinc a Conrado Spirenſi Epiſcopo cum conſenſu Sifridi II. archiep. mogunt. interdicitur receptio perſonarum ad ordinem. ibid. reſiduis morte extinctis cœnobium cedit Limburgenſibus, qui ibi divina curent. 62.

Heiligenſtein ibi bona a monaſterio uterinæ vallis elocantur pro cenſu annuo. T. 3. p. 218. idem monaſterium cenſum ſiliginis obtinet pro remedio animæ. 274.

Heilsbruck (pons ſalutis) monaſterium monialium ord. Ciſterc. T. 5. p. 83. a Salamone Herbipolenſis & Spirenſis Eccleſiarum Canonico fundatum. ibid. qui à Beringero Spirenſi Epiſcopo conſenſum petit. 84. communicato cum clero & civibus Spirenſibus conſilio concedebatur locus pro exſtructione monaſterii. 84. ædes & cellæ eriguntur in villa Harthauſen, ubi moniales primam poſuere ſedem. ibid. cætus hic virginum per annos trigiuta hic loci ſubſiſtens ad locum ſalubriorem aſpirabat. 85. ſq. moniales tranſiere in villam Vazzenhoven. 87. ibi & in Etenkoben bona coemunt. ibid. tertiam decimarum partem in villis praefatis adquirunt ab Henrico milite de Rupretsberc. 90. vide *Advocatus. decimæ.* Nobiles de Than renuntiant juri Patronatus & decimarum in Bubenwilre in favorem monaſterii. 96. idem monaſterium obtinet jus Patronatus in Winden a nobilibus de Meti & Scharpffeneck. 97. vide *Advocatia. Abbatiſſa.* Rupertus Rom. Rex immunitates confirmat. 98. piſcatio in Harthuſen communiter ſpectat ad Epiſcopum Spirenſem & moniales. ibid. abbas uterinae vallis eſt viſitator. 101. rebellio villanorum in Edinkoben permovet abbatiſſam ad reſignationem jurisdictionis quoad medietatem Comiti Palatino factam. 102. ſq.

De Heinzenberg. vide *Bertolveswilre.*

Heldenberg Parochia ab abbate

bate & conventu Limburgenſi datur capitulo moguntino majori. T. 1. p. 37. 62. 110. accedit conſenſus Conradi Spirenſis Epiſcopi, & confirmatio Sifridi II. archiepiſcopi moguntini. 62.

Hemmenrodenſe monaſterium obtinet penſionem unius ſolidi Hallenſium ex æstuario ſito ante veterem portam Spirenſem, pro anniverſariis cum vigiliis & miſſis. T. 3. p. 385.

Herdenſe monaſterium canonicorum regularium ord. S. Auguſtini. T. 4. p. 457. ejus ſitus. 459. fundatum ab Herimanno dynaſta de Spiegelberg. 457. 460. prædia a fundatore in dotem data. 457. queis adjecit dimidiam partem Telonei Hohenſtat. ibidem Spirenſis Epiſcopus ex conſilio Henrici III. Imperatoris & Joannis Spirenſis Epiſcopi ſit tutor monaſterii. 458. a quo Prælatus monaſterii curam accipiat. ibid. vide *Advocatus*. Confirmatur hæc fundatio ab Innocentio II. Papa. 460. monaſterium a Gunthero Spirenſi Epiſcopo obtinet capellam S. Aegidii in ſuburbio Spirenſi, una cum Hoſpitali. ibid. Fridericus I. Imperator confirmat monaſterii jura & poſſeſſiones. ibid. Prælatus a fratribus electus homagium non præſtat Spirenſi Epiſcopo, ſed tantum ab eo curam ſuſcipit. 463. vide *Aſylum*. monaſterium a Conrado milite de Auchilesheim vineas obtinet in remedium animæ 464. vide *Foreſtum*. Henricus VI. bona monaſterii in Offenbach & Altheim declarat ab omni impetitione libera. ibid. Fridericus II. Rom. Rex Wernhero de Bolanden injungit, ne monaſterium in bonis Candeſtat & Rorbach inquietet. ibid. villa Leimersheim a monaſterio emptione adquiritur. 465. conſenſus Ottonis Comitis de Eberſtein & Symonis Comitis gemini pontis datus vaſallis Rudolpho & Friderico de Fleckenſtein in præfatam alienationem. ibid. Diethericus de Wachenheim renuntiat juri ſuo reſpectu villæ præfatæ. ibidem vide *Imperator Adolphus. Steinweiler. Schweinheim. Breitwald. Paſcuæ jus. Winderwerd. Imperator. Albertus I. Ludovicus Bavarus. Præpoſitus Herdenſis. Palatinus Comes.* inter Imperatores vide porro *Maximilianus I. Ferdinandus.* —

Hergerswilre. ibi monaſterium uterinæ vallis habet cenſum in Landowe præſtandum. T. 3. p. 460. bona cenſitica recenſentur. 461.

Heriſienſe monaſterium monialium ab Ottone I. Germaniæ Rege in tuitionem ſuſcipitur. T. 4. p. 181.

Hersfeldenſe monaſterium a Poppone abbate Limburgenſi obtinet Rudolphum Abbatem, futurum dein Epiſcopum Paterbornenſem. T. 1. p. 33.

De Haſsloch Godefridus miles donationem, quam conjux benedicta Otterburgenſi monaſterio fecerat, in placito publico ratam habuit. T. 1. p. 218.

Heſsloch ibi bona monaſterii Otterburg. a Wernhero de Bolandia ad terram ſanctam profecturo libera declarantur. T. 1. p. 221. 275.

Heuberg villa monaſterii Otterburgenſis . . habuit reditus annuos fixos a Palatino Comite occupatos. T. 5. p. 5.

Hilsperg villa ab abbate Otterburgenſi Conrado venditur Ludovico Comiti Palatino, cum conſenſu trium abbatum. T. 1. p. 246. curia monaſterii a Ruperto ſeniore Comite Palatino ab omni exactione declaratur libera poſt factam a Comitibus de Leiningen renuntiationem. 457. 458.

Himmelgarten monaſterium monialium (Hortus cœli) in ſuburbio oppidi Alzey. T. 6. p. 59. demoliti monaſterii reditus authoritate apoſtolica diſtribuuntur inter Plebanum & altariſtas. 60. ſq. horum idcirco obligationes. 64. ſq.

Himmelthal monaſterium ab Henrico VII. in protectionem ſuſcipitur. T. 1. p. 223.

Hirsaugienſe monaſterium à Friderico II. Imperatore in protectionem ſuſcipitur, qui advocatiam ad manus ſuas & Henrici filii Regis Rom. perventam nunquam alienare, nec ſubadvocatum conſtituere promittit, niſi quem abbas & conventus petierint. T. 4. p. 98.

Hirſuti Comites plures in Eccleſia Otterburgenſi requieſcunt. T. 1. p. 235. 242.

De Hohenecken Henricus cum conjuge ſua bona in Mittelrorbach vendit monaſterio Otterburg. T. 1. p. 234. 374. 382. bona hæc

ceu

ceu feuda imperii interim reſignantur in manus Friderici comitis de Leiningen Juſtitiarii Regis Rom. uſque ad impetratum Rudolphi Regis conſenſum. 375. 376. Fidejuſſores conſtituuntur in ſecuritatem monaſterii, qui ad obſtagium Lutræ tenentur. 377. ipſus Fridericus Juſtitiarius ad preces Henrici venditoris fidejuſſor exiſtat. 234. 378. Rudolphus I. Rom. Rex hanc alienationem approbat. 235. 385.

De Hohenecken Reinhardus ſupplicat Rudolpho Rom. Regi, ut approbet litteras monaſterio Otterburgenſi datas ſuper paſcuis in Waldmarck. 234. 380.

Hohenſtat Superior ibi via a monaſterio uterinæ vallis empta, per villanos occluſa, vindicatur monaſterio. T. 3. p. 94. monaſterium ultra pretium ſolutum quotannis dat fertonem ceræ ad Eccleſiam villæ in teſtimonium juſtæ emptionis. 95. idem monaſterium bona ibidem obtinet ab Eliſabetha dicta Greven. 144. Villani in cimiterio inferiore congregati huic monaſterio vendunt viam, quæ diſtrictum villæ monaſterio propriæ ſeparat a villa ſuperiore Hohenſtat. 183. Monaſterium idcirco dat dimidiam ceræ libram ad luminaria Eccleſiæ. 184. idem monaſterium a Joanne dicto Baumgart armigero de Hohenſtat & Anna uxore, filia Cunonis militis de Kirwilre emptione adquirit cenſum quinque maldrorum ſiliginis. T. 4. p. 297. bona cenſitica recenſentur. 298.

De Hohenvels Henricus in Eccleſia Otterburgenſi requieſcit. T. 1. p. 141.

— — Hermannus jus Patronatus Eccleſiæ in villa Nierſtein & Capellae reſignat monaſterio Otterburg. T. 1. p. 434. qui hoc jus in feudum tenebat ab Imperatore & Imperio. ibid.

Holtzkorn annona ob jus lignandi in ſylva Waldmarck non praeſtatur a curia monaſterii monialium Enckenbacenſis in Nunkirchen. T. 1. p. 297. quam tamen ſolvit conductor in caſu elocationis. ibid.

Holtzrecht monaſterio uterinae vallis datur pro remedio animarum. T. 3. p. 317.

De Horbach Frithſo bona ſua in villa Horbach & ali-

alibi ſita dat monaſterio Clingenſi pro remedio animarum. T. 2. p. 79.

Horti S. Mariæ monaſterium (Kirſchgarten) extra ſuburbium meridionale Wormatienſe ſitum, traditum eſt cœtui virginum diſciplinam Ciſtercienſium profitenti. T. 1. p. 224. coetum hunc Gerardus abbas Otterburgenſis regendnm ſuſcepit. ibid.

Hoſpitale in Brunchwilre cum licentia Ludovici Comitis Palatini aedificatur. T. 5. p. 33. quod Joannes XXI. Papa in protectionem ſuſcipit. 34. ex indultu Friderici Spirenſis Epiſcopi ibi conſtituitur Capellanus Sacramentorum miniſter. 35. ſalvo jure parochiali. 36. Plebanus S. Crucis Spirae cum ſorore ſua Adelheide Hoſpitali dat cenſum trium amarum cum dimidia in Hart; unde ſacerdos infirmis celebrans habeat octo quartalia. 36. 37. reliquum ad dies vitæ percipiunt benefactores. 37. demum cedit uſibus infirmorum. ibid. bona cenſitica nominantur. ibid. Rupertus Rom. Rex munifice ſuccurrit hoſpitali ad incitas vix non redacto. 38. ex incuria & mala fide adminiſtratorum. ibid. bona & reditus vindicantur. 39. idem Rupertus fundat miſſam perpetuam pro capellano. 40. jus Patronatus Comitibus Palatinis reſervat. ibid. Capellani obligationes. ibid. vide *Capellanus.*

Hoſvitale pauperum argentinae bonorum & privilegiorum confirmationem obtinet a Conrado III. Rom. Rege. T. 2. p. 92.

Hoſpitale novum Spiræ a Goſſmanno cive Spirenſi obtinet reditus in Bellenheim, T. 3. p. 141. reditus qualiter infirmis impendendi a magiſtris hoſpitalis ? 142. in caſu negligentiae magiſtrorum cedunt monaſterio uterinae vallis. ibid. ſacerdos hoſpitalis & Plebanus S. Georii ſingulis quatuor anni temporibus obtinent (quivis) ſimulam unam, quae emitur pro duobus Hallenſibus. 143. hoſpitale hoc novum prope S. Georium monaſterio uterinae vallis vendit cenſum domui juxta veterem Berſchelinum ſitae inhaerentem. 193. pro pretio ſoluto adquirit bona in Ingelheim. 194.

Howenſtein Conradi relicta Met-

Methildis amplam monaſterio uterinae vallis facit bonorum donationem, quam judices Spirenſes confirmant. T. 3. p. 60. acta haec ſunt in clauſtro Spirenſis Eccleſiae. 61.

Huchelnheim ibi monaſterium uterinae vallis emptione adquirit cenſum unius urnae olei. T. 3. p. 474.

I.

S. Jacobi monaſterium ord. S. Bened. moguntiæ a Friderico Electore Palatino & Friderico duce Bavariæ, Comite Sponheimenſi obtinet monaſterium Sponheim in diſciplina & œconomia collapſum. T. 1. p. 204.

Jeſuitæ ab aula caeſarea obtinuere facultatem occupandi monaſteria tempore reformationis a monachis derelicta. T. 5. p. 307. vide *Collegium Societatis Jeſu.*

Ilbenſtadienſe monaſterium in Wetteravia ord. præmonſt. neofundatum confirmatur ab Adelberto I. archiepiſcopo moguntino. T. 4. p. 190. fratribus dat liberam facultatem eligendi advocatum commodum & manſuetum, ibid. deponendi nocivum, cum conſilio tamen & auxilio archiepiſcopi. 191.

Imperator & Rex Romanorum.

Adolphus Naſſovicus monaſterio Wadgaſſen dat protectorium. T. 2. p. 111. quod a Sculteto, conſulibus & univerſitate civium in Lutrea Regis publicatur. ibid. jubet, ut advocati & officiati imperii per Alſatiam & Spiraugiam conſtituti. præſertim advocatus in Selze & Scultetus in Hagenau monaſterium Schwartzach non ſinant moleſtari a quacunque perſona. T. 4. p. 99. monaſterio Herdenſi dat protectionem. 465.

Albertus I. Auſtriacus advocato generali Alſatiæ injungit protectionem monaſterii Schwartzach. T. 4. p. 100. monaſterio Herdenſi dat jus paſcuæ in terminis villæ Bellenheim & in nemore Junckholz. 465. privilegium ſuper bonis in Danſtat &c. 466.

Arnulphus (Arnolphus) monaſterium Fabarienſe in provincia Rhetiæ quoad bona una cum advocatis ibi conſtitutis in ſuam ſuſcipit defenſionem

T.

T. 4. p. 57. fundationem Parthenonis Methelen in Weſphalia confirmat. 58. decimas Salicæ terræ in Alceja &c. tradidit Eccleſiæ S. Petri Wormatiæ. T. 6. p. 3.

Carolus magnus juxta traditionem quandam antiquiſſimam dicitur natus in Palatio regali Ingelhemii inferioris. T. 2. p. 148. aſt Eginhardo teſte Carolus hoc Palatium à fundamentis exſtruxit; naſci ergo in Palatio non potuit. 149. Caroli dies natalis in Calendario Laursheimenſis monaſterii notatus. ibid. annus nativitatis ab annalibus refertur ad annum. 742. ibid. Eginhardum hæc ignoraſſe, mirandum eſt. 150. traditio de Caroli nativitate in Palatio Ingelheimenſi arenoſo inſiſtit fundamento. 154. quam non confirmat conſuetudo incolarum, dandi filiis frequenter nomen Caroli. immo & Caroli IV. Imperatoris relectio in diplomate fundationis Collegii Carolini refutatur teſtimonio Eginhardi. 155. 157. Caroli magni inſtructio pro advocatis Eccleſiarum. T. 4. p. 2. a Leone III. Papa Romæ coronatus ſe defenſorem Eccleſiæ Romanæ, omnium Eccleſiarum matris dicit, ac talem ſe futurum jurat. 13. hoc munus hæredibus ſuis injungit in teſtamento ſive diviſionis decreto in villa Theodonis conſtituto. ibid. demum ſpeciatim filio ſuo Ludovico anno vitæ ſuæ ultimo, in templo, quod Aquisgrani eſt. 14. monaſterium Laureshamenſe in protectionem ſuſcipit. 15. ſq. donationem Williswindæ & Cancrini confirmat. 17. in villa Theodonis alterum conceſſit de immunitate præceptum. 19. Eccleſiæ S. Emerani Ratisbonae confirmat immunitatem. 45. Prumienſi monaſterio dat privilegium immunitatis. 50. villam Oppenheim (Obbenheim) cum omni integritate tradidit monaſterio Laureshamenſi. T. 5. p. 390. uti & bona ad Eccleſiam villae pertinentia. 391.

Carolus III. craſſus curtim regiam Neckerau dedit monaſterio Prumienſi. T. 1. p. 25. villae Cruznaha reditus quoad partem nonam aſſignat Capellæ S. Salvatoris in Franconofurd. T. 5. p. 311.

Ca-

Digitized by Google

Carolus IV. Comiti Palatino Ruperto I. aſſenſum præbuit, ut oppidum Imperii Mosbach ampliaretur. T. p. 18. monaſterio ſervorum B. M. Virginis Schornshemii ex Eleemoſynis erecto confirmat libertates. T. 2. p. 142. Palatium Ingelheimenſe reſtauravit, ibique Collegium regularium S. Auguſtini fundavit. 149. 157. ſq. eidem privilegium immunitatis conceſſit. 167. Collegium recommendat Gerlaco archiep. mogunt. & Ruperto ſeniori Comiti Palatino. 179. vide *Collegium Carolinum.* jus paſcuae monaſterio monialium in Mirmelenberg conceſſum ab Henrico Rom. Rege in ſylvis & paſcuis ſitis in proprietate monaſterii Selſenſis confirmat. T. 6. p. 194. monaſterio Salſenſi dedit Turonenſem antiquum in Teloneo Salſenſi. 230.

Carolus V. Wigando abbati Otterburgenſi dat confirmatorium privilegiorum monaſterii. T. 1. p. 248. Spirae titulo ſequente uſus eſt: Wir als Römiſcher Kayſer oberſter Vogt &c. T. 4. p. 108.

Conradus II. Salicus. monaſterii Limburgenſis ad Hartam prima poſuit fundamenta. T. 1. p. 27 ab Henrico II. Imperatore ſucceſſor in Imperio deſignatus poſt ejus obitum in villa Kampa electus a Principibus. 28. ejus Parentes & majores. 29. Popponem abbatem Stabulenſem conſtituit exſtructorem monaſterii Limburgenſis, ibidem 33. templi primari Spirenſis fundamenta poſuit. 30. idque Walthario Spirenſi Epiſcopo perficiendum demandavit. ibid. eodem die primarium lapidem in monte Guidonis Spirae poſuit pro Eccleſia in honorem S. Joannis Evangeliſtae conſecranda. 31. uno ergo die trium inſignium Eccleſiarum fundamenta jejunus poſuit. eaſque magnifice dotavit. ibid. Sigefrido I. Spirenſi Epiſcopo dedit protectorias in favorem Eccleſiae ſuae. ibid. Reginhario (Reginhero) Epiſcopo Spirenſi abbatiam Schwartzacenſem pro remedio animarum ſic conceſſit, ut Epiſcopus Spirenſis ſit perpetuus defenſor & adjutor abbatiae Limburgenſis. 32. vide *Abbas Limburgenſis Poppo. Hanevilare.* filia ejus Cunigundis ante altare praeci-

cipuum Eccleſiae Limburgenſis ſepulturam obtinuit. 41. bona dotalia Eccleſiae Limburgenſi data a Conrado II. 85. ſq. monaſterium Salſenſe contra oppreſſores in tuitionem recipit. T. 4. p. 79. vide *Advocatus.* pariter & monaſterium fabarienſe. 83. monaſterio paterniacenſi impertitur facultatem eligendi advocatum 184. idem concedit monaſterio Arnſtein, cujus fundationem confirmat. 193.

Conradus III. privilegia & bona Hoſpitalis pauperum argentinæ confirmat. T. 2. p. 92. idem agit pro monaſterio Einſidlenſi. T. 4. p. 90. litem Eccleſiam Baſileenſem inter & monaſterium S. Blaſii puncto advocatiæ terminavit. 91. vide *Advocatia.*

Ferdinandus I. Praepoſituram Collegii Carolini in Ingelheim inferiore confert Friderico de Nauſea Epiſcopo Viennenſi. T. 2. p. 273. 275. Ludovicum Comitem Palatinum admonet, ne præfato Friderico obſtet, quin poſſeſſionem realem obtineat. 284. poſt Ludovici obitum idem Ferdinandus hoc negotium urget apud Fridericum Comitem Palatinum. 293. 303. 319. 333. 334. confirmat privilegia monaſterii Herdenſis. T. 4. p. 475.

Fridericus I. abbatiam Mauri monaſterienſem in ſuam recipit protectionem. T. 2. p. 93. Hermanno III. Marchioni Badenſi dat titulum Marchionis Veronenſis. 95. 96. monaſterium Maulbrunn ord. Ciſt. in Imperii protectionem ſuſcipit. T. 4. p. 92. uti & Monaſterium fabarienſe. 93. porro monaſterium Lobenvelt. 94. monaſterio montis angelorum confirmat privilegium ab Henrico IV. conceſſum. 95. monaſterio S. Vincentii confirmat bona oblata. 175. Epiſcopo Babenbergenſi committit inveſtituram abbatis monaſterii Altaich. 202. querelas Eberhardi abbatis in Alderspach audiens Alramum de Kambe removet ab advocatia injuſte prætenſa. 239. jura & poſſeſſiones monaſterii Herdenſis confirmat. 460.

Fridericus II. Wormatiæ confirmat compoſitionem abbates Otterburgenſem & S. Lamberti inter & H. de Wartenberg &c. initam circa jus lignandi & paſ-

paſcuæ in Brando & Waldmarcka. T. 1. p. 221. molendinum abbatiæ Wadegotienſis Burgalben dictum in protectionem aſſumit. T. 2. p. 104. vide *Hirſaugienſe monaſterium.* Wernhero de Bolanden injungit, ne monaſterium Herdenſe in bonis Dandeſtat & Rorbach inquietet. T. 4. p. 464.

Fridericus III. cœnobium Wadegotienſe a Teloneo liberum pronuntiat in terris ad Lutram cæſaream pertinentibus. T. 2. p. 116.

Fridericus IV. confirmat privilegium a Carolo IV. datum Collegio Carolino in Ingelheim inferiore. T. 2. p. 248.

Henricus II. Bruchſaliæ chartam immunitatis dedit monaſterio Laureshamenſi. T. 4. p. 37. abbatem Geroldum per electionem fratrum monaſterio pro ejus bona converſatione præeſſe fecit. ibid. privilegia monaſterii Salſenſis confirmat. 77. uti & poſſeſſiones monaſterii S. Bavonis Gaudenſis. 86. monaſterium recipit. 88. confirmat privilegia & bona monaſterii Abdinckhofen o. S. Bened. 183.

Henricus III. vide *decima in Mundevelt*, Eccleſiam in Sueninheim de Spirenſi Epiſcopatu juſto Concambio redemptam dat monaſterio Selſenſi. T. 2. p. 88. innovat decreta contra oppreſſiones advocatorum. T. 4. p. 232. capellam Fricchenvelt cum villis in pago Spirichgowe ſitam dat monaſterio Salſenſi in remedium animarum. T. 6. p. 169. ſq.

Henricus IV. Einhardo Spirenſi Epiſcopo tradidit abbatiam Limburgenſem. T. 1. p. 46. decreta prædeceſſorum intuitu Clingenſis monaſterii confirmat. T. 2. p. 3. abbas cum ſua familia ab omni ſervitio Regis Epiſcopi & advocati liber exiſtat. ibid. 23. confirmat reſtaurationem monaſterii Hirſaugienſis ab Adelberto comite de Caſtello factam. T. 4. p. 163. jura & libertates monaſterii S. Maximini corroborans advocati electionem & repudiationem abbati & monachis concedit. 185. nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus monaſterii placitum habere præſumat. ibid. advocatorum ejusdem monaſterii officium & poteſtatem novis legibus conſtringit. 208. ſq.

Henricus V. Cellæ S. Blaſii con-

confirmat liberam potestatem eligendi advocatum T. 4. p. 89. libertatem monaſterii murenſis. 167. vide *Advocatia.* in privilegio monaſterio S. Georgii conceſſo abbati & fratribus dat liberam facultatem eligendi & removendi advocatum. 188. fundationem monaſterii Gotteſaugienſis confirmans adjecit, Bertholdum comitem monaſterio dare velle advocatum, ſi abbas cum consilio fratrum in poſteris ejus idoneum invenerit. 189.

Henricus VI. compoſitionem ſuper advocatia Salſenſi factam Helnwicum abbatem inter & Hermannum Marchionem de Baden (qui eam in feudum tenuit ab Henrico) confirmat. T. 4. p. 83. 84. vide *Advocatia.* bona in Offenbach & Altheim monaſterio Herdenſi data a Conrado de Riet, ab omni impetitione pronuntiat libera. 464.

Henricus VII. Hertwico abbati Otterburgenſi per diploma publice adjudicat jus lignandi in Waldmarcke &c. T. 1. p. 222. 277. Gerardo abbati confirmat jurisdictionem villæ Erlenbach impugnatam. 223. 279. monaſterium Himmelthal in protectionem ſuſcipit. 223. bona monasterii Comedenſis apud Weſaliam ab omni ſervitio liberat. T. 5. p. 455. Joannem abbatem Salſenſem ceu Imperii Principem de regalibus feudis inveſtit. T. 6. 175.

Joſephus II. capitulationis art. 1. ſe advocatum Eccleſiæ nominat. T. 4. p. 108.

Lotharius I. monaſterium grandis vallis in ducatu Heliſacenſi ſitum in protectionem ſuam recipit. T. 4. p. 54. nullus Rex aut aliqua perſona ibi habeat poteſtatem aliquid faciendi. 54. Lutfridus Alſatiæ Comes ſit defenſor. 55.

Lotharius III. advocatis monaſterii Heremi. (Einſidel) leges præſcribit. T. 4. p. 228.

Ludovicus I. monaſterio Laureshamenſi confirmat immunitatem a Carolo M. datam. T. 4. p. 22. uti & Eccleſiæ S. Emerani Ratisbonæ. 47. porro monasterio Blandinienſi prope Gandavum. 52. tandem monaſterio Altaich in Bavaria ad Danubium ſito. 54.

Lu-

Digitized by Google

Ludovicus Rex filius monaſterio Lauresham confirmat immunitatem a Ludovico Patre conceſſam. T. 4. p. 24. uti & monaſterio monialium S. Stephani infra muros Argentinenſes. 55. vide *Abbatiſſa.* idem confirmat privilegia monaſterii Clingenſis. T. 2. p. 20.

Ludovicus libertates monaſterii S. Emerani confirmat in charta deſuper Otingæ data, T. 4. p. 48.

Ludovicus Bavarus Eberhardo de Breuberg advocato ſuo provinciali promiſit reſtitutionem caſtri Erbach, quod perdidit in ſervitio moguntinæ Eccleſiæ. T. 1. p. 17. uti & procurationem ſuper oppido Mosbach. ibid. Comitibus Palatinis confirmat hoc oppidum iis oppignoratum quoad jura & privilegia cæſarea. ibid. monaſterio Otterburgenſi confirmat jus Patronatus Eccleſiæ & Capellæ in Nierſtein. 241. 433. ſq. Jubet Udalricum Comitem Wirtembergicum, ut monaſterium Albam Dominorum tueatur contra Hermannum Badenſem Marggravium. T. 4. p. 98. privilegia monaſterii uterinæ vallis confirmat ad inſtantiam Comitum Palatinorum. 439. uti & illa monaſterii Herdenſis. 466. advocatiam monaſterii monialium Heilsbruck confert Rudolpho Comiti Palatino. T. 5. p. 98. bona monialium monaſterii Comedenſis apud Weſaliam libera pronuntiat a precaria & ſervitio. 457.

Maximilianus I. confirmat Collegii Carolini in Ingelheim inferiori privilegia & libertates. T. 2. p. 252. uti & donationes in Alſatia factas Collegio. 255. terras occupans (quas cum ſuperioritate Landvogtetica Hagenoenſi poſſederat Philippus Comes Palatinus) promittit cenſum exſolvere Collegio, quem ſolvebat hucusque Palatinus. 257. Comitibus Palatinis confirmat advocatiam monaſteriorum Palatinatus inferioris & ſuperioris. T. 4. p. 102. Præpoſituræ Herdenſi quasdam libertates corroborat. 475.

Maximilianus II. monaſterium Sebach in protectionem ſuſcipit. T. 5. p. 77. 83. archiepiſcopum moguntinum Danielem, & Marquardum Spirenſem Epiſcopum conſtituit executores, conſervatores

 &

& defenſores privilegiorum monaſterii præfati. 78.

Otto I. Annonem ex monaſterio S. Maximini deſumptum Bergenſis monaſterii juxta Magdeburgum a ſe fundati abbatem primum conſtituit. T. 1. p. 15. 16. Epiſcopatum Magdeburgenſem fundare meditans impediebatur a Bernardo Halberſtadienſi Epiſcopo, qui noluit cedere partem parochiæ Magdeburgenſis ſibi jure diœceſano ſubjectam. 16. declarat, ſe abbatiam Laureshamenſem per varia diſperſam atque diviſam in unum recollegiſſe & Gerbodoni abbati reſtituiſſe. T. 4. p. 27. Chartam immunitatis conſcribendam jubet firmitatis gratia, ob remedium animæ. 28. Paviæ ſubſiſtens denuo priora firmat privilegia. ibid. liberam monachis electionem abbatis indulget. 29. immunitatem à Teloneo & poteſtate judiciaria dat monaſterio eidem. ibid. jura fiſci, ſiquæ ſint, ex integro in uſus monaſterii cedant. 30. ſimilis formæ præceptum Francofurti ab eodem dabatur. 30. quietem in monaſterio S. Maximini ab Henrico I. reſtitutam corroborat. 58. 59. vide *Advocatus Gemblacenſis.* monaſterio Cellenſi ſeu Giſleniano prædia a Dagoberto Francorum Rege donata confirmat. 62. monaſterio Blandinienſi ſimile dat privilegium. 63. monaſterium virginum in Geſeck fundatum in ſuam ſuſcipiens tutelam ait, advocatiam nonniſi Comiti Hoholt, loci fundatori ejusque hæredibus competere. 154. monaſterio S. Ludgeri, quod Helmonſtetum appellat, decimas finitimorum agrorum largiebatur. 155. monaſterium Heriſienſe in tuitionem ſuſcipiens, monialibus liberam concedit advocati electionem. 181. idem concedit Otto monaſterio S. Petri in monte Blandinio prope Gandavum. 181. 182. Abbati S. Maximini in ſuburbio civitatis Trevirenſis Thietfrido contra nocivos advocatos querelas proponenti Ravennæ, dat facultatem, eligendi advocatum & tollendi. 183. Adelheidæ Imperatrici & conjugi donat curtem Steinwilre in Spirigowe ſitam. T. 6. p. 160.

Otto II. monaſterium Moſebacenſe ord. S. Benedicti do-

Digitized by Google

donat Eccleſiæ S. Petri Wormatienſi intuitu Annonis Epiſcopi. T. 1. p. 13. ejusdem Epocha nativitatis, electionis coronationis, Regiminis & obitus. 15. ampla ejus donatio Wormatienſi Eccleſiæ facta in locis pluribus, hodie nullibi ſubſiſtit. 21. reditus advocati in vico Swegerbach ad monaſterium S. Maximini ſpectante determinat. T. 4. 206. donationes ab Ottone I. Patre factas Adelheidæ matri confirmat. T. 6. p. 162.

Otto III. prædium Semersheim, ubi Manegoldus Comes monaſterium conſtruere voluerat, Selſenſi concedit abbatiæ. T. 2. p. 86. porro prædium Alsheim in pago Wormatienſi ſitum. ibid. demum prædia Biberich (Biburc) ad Rhenum & Moſsbach (Moskebach) in pago Cunigiſſunderon. 87. monasterii privilegia confirmat. ibid. eidem monaſterio dat jus Telonei inſtituendi, mercatus liberi, ac monetæ faciendæ ad normam monetarum Argentinenſis & Spirenſis. ibid. eidem donat ſeptem manſos in villa Nerſtein. ibid. prædia Otterbach & Turrenbach in pago Spirichowe. 88. duas Eccleſias in Lupfſtein & Schweighauſen. &c. 88. Ingelhemii commorans chartam immunitatis dari juſſit monaſterio Laurishamenſi. T. 4. p. 34. monaſterium paterniacenſe in ſuam recipit tuitionem. 63. monaſterio S. Maximini privilegium immunitatis confirmat. 64. vide *Advocatus.* monaſterio Selſenſi, quod ejus avia Adelheida de novo conſtruxit, donat prædium Steinwilare in pago Spirichgowe & in comitatu Wolframi Comitis ſitum. 65. 72. porro prædium in villa Litensheim, unde vinum ad ſacrificium altaris conficiendum annuatim ſumatur, & cedat in uſus fratrum. 67. demum prædium in utroque Otterſtat, quod a judiciaria poteſtate liberum declarat. 68. 70. privilegia confirmat. 71. ſq. alias ejusdem donationes eidem monaſterio factas vide p. 75. privilegia monaſterii monialium Waldkirch confirmans ait: volumus, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, aut aliqua perſona judiciaria poteſtatem habeat in præfato monaſterio vel in locis ad illud pertinentibus

 per-

pernoctandi, vel placitum tenendi, aut paratam exigendi, ſeu aliquod ſervile onus eis, earumque familiis imponendi. 85. jubet, ut colonis S. Maximini Scarariis dictis non advocatus ſed abbas jus dicat. 207. confirmat donationes Adelheidæ aviæ factas ab Ottone I. avo. T. 6. p. 163. monaſterio Selſenſi donat Eccleſias Lupfenſtein & Schweighuſen cum duabus Capellis Mertzewilre & Richeshoven. 166. 167. cum hac donatione connexa eſt omnimoda decimatio totius ſylvæ, quæ ſacrum nemus dicitur, & prædiorum circumjacentium. 167. bona hæc ab Ottone III. data Hermanno Duci Suevorum, ejusque uxori filiæ Regis Burgundiæ Conradi, qui fuit frater Adelheidæ aviæ Ottonis, etiam quomodocunque alienata, tamen ob Eccleſiam Schweichhuſen dant decimas monaſterio præfato. 167. termini harum decimarum. 168.

Otto IV. villam Erlenbach cum aliis monaſterii Otterburgenſis curiis ab omni nexu feudali liberas declarat. T. 1. p. 220. 259. eidem monaſterio & ejus villanis concedit jus lignandi in nemoribus Waldmarcke &c. 220. 261. Alramum de Chambe ejusque hæredes advocatia monaſterii Aldersbach privandos eſſe decernit. T. 4. p. 194. ipſus a fratribus electus advocatiam in ſe ſuſcipit. ibid.

Philippus monaſterio Limburgenſi concedit protectorium. T. 1. p. 61. 104. vices ejus agat Fridericus Comes de Leiningen ceu advocatus provincialis per Spirgoviam. T. 2. p. 93. T. 4. p. 464.

Richardus monaſterio Limburgenſi dat protectorium T. I. p. 113. Limites Diœceſium moguntinæ & Wormatienſis renovat. T. 5. p. 392. 393.

Rudolphus Habsburgicus ſtatuit, partem in ſylva Waldmarck monaſterio Otterburgenſi propriam lapidibus eſſe diſtinguendam. T. 1. p. 230. 329. Tutelam hujus monaſterii committit Comiti de Leiningen. 231. 329. 332. confirmat venditionem bonorum in Mittelrorbach factam. 233. 359. vide *de Hohenecken.* venditionem nemorum in Waldmarck &c. a Wirico de duna factam monaſterio Otter-

bur-

burgenſi confirmat. 236. 394. huic Wirico dona reſignata imperio dat in feudum 395. 396. deciſionem controverſiæ circa ſylvas Waldmarcken & Brando E. Comiti de Leiningen & Th. de Hohenfels committit. 329. 330. F. Comiti de Leiningen injungit defenſionem monaſterii Otterburgenſis reſpectu dictarum ſylvarum. 332. advocatiam monaſterii Albæ dominorum ſibi & monaſterio vindicat. T. 4. p. 179.

Rupertus duo privilegia Collegii Carolini in Ingelheim confirmat. T. 2. p. 211. munifice ſuccurrit hoſpitali in Brunchweiler. T. 5. p. 38. fundat ibi miſſam perpetuam pro capellano. 40. jus Patronatus reſervat Comitibus Palatinis. ibid. immunitates monaſterii Heilsbruck confirmat. 98.

Sigismundus confirmat privilegia Collegii Carolini in Ingelheim. T. 2. p. 213. 217. 223. 227. occurrit malis Collegio imminentibus. 220. ſq. Ludovicum Comitem Palatinum conſtituit protectorem Collegii. 226. confirmat donationes Alſaticas. 230. vindicat bona alienata. 233. ſq. confirmat varios reditus. 240. ſq.

Wenceslaus præfata omnia, quæ egit Sigismundus pro Collegio Carolino, confirmat. T. 2. p. 198. ſq. concordiam abbatem Seſenſem inter & civitatem Seltz initam confirmat. T. 6. p. 213. ſq. monaſterio Selſenſi confirmat Turonenſem antiquum a Carolo IV. conceſſum in Teloneo Selſenſi. 230.

Indulgentiæ a Joanne archiepiſcopo moguntino conceſſæ Collegio Canonicorum in Ingelheim inferiore. T. 2. p. 264. ſq. a variis Epiſcopis dantur benefactoribus monaſterii uterinæ vallis. T. 3. p. 4. ſq. ab Hugone Cardinali promulgantur pro iis, qui pro exſtruenda Eccleſia canonicorum in Schwabenheim quid contulerint. T. 5. p. 132. eidem Eccleſiæ a variis Epiſcopis dantur, quas confirmat & auget Gerlacus archiep. mogunt. 154. 158. 159. in conſecratione Eccleſiæ Bleytersheim conceſſæ ab Eberhardo Epiſcopo vicecomponenſi, vicario in Pontificalibus generali Bertholdi archiep. mog. 285. ſq.

Infirmaria monaſterii uterinæ

rinæ vallis obtinet cenſum dimidiæ urnæ olei a Conrado Duthehane. T. 2. p. 77. demum duos urceos vini & unam urnam olei. 78. porro quatuordecim talenta olei. ibid. ulterius urnam olei. T. 3. p. 75. urna olei vel maldrum piſæ bonæ & purgatæ a Bertholdo de Nosdorf quotannis præſtatur infirmariæ præfatæ. 90. cenſus hic annexus eſt Horto nucum in Nusdorf. ibid. hic Bertholdus male exigit hucusque duos ſoccos vel duas cyrotecas ab infirmaria. ibid. eadem infirmaria emptione adquirit cenſum quinque amarum vini ex vineis in Sibeltingen. 96. 97. obtinet reditus in Morensheim, qui in ſolatium Gerlaci infirmi cedunt ad dies vitæ 172. dein remanent infirmariæ pro ſolatio infirmorum. ibid. idque ſub pœna privationis. 173. de vinea quadam novæ civitatis (Neuſtadt) cenſum quadraginta Hallenſium habet. 270. cenſus monacho uterinæ vallis ad dies vitæ datus, demum cedit infirmariæ pro anniverſario. T. 4. p. 300.

Infirmaria Wadegotienſis habet decem maldra filiginis ex bonis in Flersheim, in ſolatium ſenium & debilium. T. 2. p. 119.

Ingelhemium inferius, vicus a Palatio Imperiali, rebusque præclaris ibi geſtis nominatiſſimus. T. 2. p. 147. aula Ingelheimica, der ingelheimer Saal, palatium regale Regum franco-Germanorum deliciis dignum. 148. 154. vide *Carolus magnus* inter Imperatores & *Carolus IV.* ibid. Caſtrenſes hujus Palatii arbitrio cæſaris primum delecti, demum hæreditario jure vocati, & a bonis & curiis in illo tractu noti. 155. palatium vetuſtate jam collapſum reparabatur a Friderico I. Imperatore. 149. 156. vide *Collegium Carolinum.*

Ingelhemium Superius oppidum vallis Ingelheimenſis. T. 2. p. 147. ejus ſitus ibid. palatio regio & vicu pedetentim adſtructo antiquius. 152. Eccleſia a Carolomanno data novæ Eccleſiæ Wirceburgenſi anno. 742. ibid. oppidum hoc ſub Carolomanno ad pagum Wormatienſem ſpectabat, ſub Ottone ad Nagaurienſem. 153.

Interdictum occaſione clerici Captivati in civitate Cathedrali Spirenſi publicatum

tum non inducit ceſſationem à divinis in Eccleſiis & monaſteriis Religioſorum in ſylvis & Eremis conſtitutis, juxta declarationem judicum curiæ Spirenſis. T. 4. p. 327.

Inventarium ſuper omnia ad Præpoſituram Ingelhemii inferioris & Eccleſiam ſpectantia. T. 2. p. 453. ſq.

Invocatio divini nominis ab Imperatoribus & Francorum Regibus primæ ſtirpis jam præmiſſa fuit actibus publicis & diplomatibus. T. 2. p. 16. apud Reges Merovingicos rarius occurrit expreſſa verbis, ſed ejus loco ſubindeChrismon. 17.

Irſutus Comes Philippus de nova Beimburg in Eccleſia Otterburgenſi terræ mandatus. T. 1. p. 244. Irſuti Comites abbati & Conventui Eccleſiæ Wadegotienſis cedunt partem in Salina Brethe ſibi competentem pro cenſu ſiliginis de allodio in Vreymersheim præſtando monaſterio, & pro bonis hæreditariis apud Tittelsheim ſitis. T. 2. p. 108. lis ſuper hac permutatione exorta ſopitur reſtitutione mutua. 109. partem Salinæ emit abbatia Wadegotienſis ſexaginta libris Hallerorum. 109. 110. vide *Hirſuti Comites.*

Judices Pacis publicæ ad Rhenum pronuntiant, litem circa bona & jura in Rorbach decidendam eſſe ſecundum litteras & documenta abbatiæ Otterburgenſis. T. 1. p. 442.

Judices Spirenſes monaſterio uterinæ vallis adjudicant locum, qui dicitur Brotſtadel, & vineam &c. ob non comparitionem contradictoris ad præſtandum juramentum calumniæ. T. 3. p. 58. 59. confirmant amplam donationem monaſterio eidem factam a Methilde relicta Conradi dictiHowenſtein. 60. acta hæc ſunt in clauſtro Spirenſis Eccleſiæ. 61.

Judicia in Erlenbach & Morlautern a variis prætenſa coram judicibus cæſareis attribuuntur proprietariis. T. 1. p. 240. 423. 424. judicium unum, loco trium, conſtituitur pro tribus villis Erlenbach, Reichenbach & Gersweiler a Joanne abbate Otterburgenſi. 247. 485.

Jus Fiſci Cæſarei in bonis monaſterii Laureshamenſis ex conſtitutione Ludovici I. Imperatoris vertatur in alimoniam paupe-

rum & ſtipendia monachorum. T. 4. p. 23. idem ſtatuit Otto I. 30. pro monaſterio Blandinienſi Ludovicus I. 53. Lotharius pro monaſterio grandis vallis. 55.

Jus Patronatus in Offenheim ab Eberhardo de Randecken transfertur in monaſterium Otterburgenſe. T. 1. p. 240. 420. conſentit Fridericus Comes de Leiningen ceu Dominus directus. 420. archidiaconus Wernherus de Bolandia Præpoſitus Eccleſiæ S. Victoris. 240. 421. 422. Jus Patronatus in Albich idem monaſterium obtinuit ex donatione ſtrenui militis Theodorici de Randecke ſculteti archiepiſcopalis moguntini in Oppenheim. 426. vide *Nierſtein. Offenheim.* Gerardus I. archiep. mogunt. monaſterium S. Diſibodi tradens Walthelmo abbati & conventui in Otterburg jura Patronatus Eccleſiarum ſibi reſervat. T. 1. p. 309. præter Parochiam in monte, ad quam pertinent Odernheim & Studernheim. ibid. jus Patronatus in Yngenheim Wolmsheym, Ingelheym & Fiſchlingen per Fridericum Dominum in Ochſenſteyn datum fuit monaſterio Clingenſi. T. 2. p. 68. 69. Conradus de Than abbas Clingenſis Jus Patronatus in Offenbach largitus eſt Canonicis majoris Eccleſiæ Spirenſis. 77. monaſterium uterinæ vallis jus Patronatus in Kanskirchen quoad partem obtinuit ex donatione Henrici de Fleckenſtein militis dicti Bickenbach. T. 4. p. 441. jus Patronatus in Germersheim a Carolo IV. Imperatore datur monaſterio ſervorum B. M. Virginis pro ſublevanda illorum inopia. T. 5. p. 9. Rupertus Rex jus Patronatus capellæ in hoſpitali Brunchweiler a ſe fundatæ ſibi reſervat. 40. Nobiles de Than renuntiant juri Patronatus in Bubenwilre in favorem monialium monaſterii Heilsbruck. 96. idem monaſterium a Nobilibus de Meti & de Scharpffeneck obtinet jus Patronatus in Winden. 97. Simon Comes dictus in Spanheim jus Patronatus in Hackenheim contulit S. Mariæ in Schwabenheim. 131. Ludovicus Comes Palatinus ad inſtantiam Petri militis de Alzeia jus Patronatus Capellæ S. Joannis ſitæ apud Alzeiam, quod Petrus

Digitized by Google

trus titulo feudi tenuit, donat dominabus de Spiritu ſancto in remedium animarum. T. 6. p. 46. monaſterium monialium in Weidas à Patronis obtinet jus Patronatus in Heppenheim propè Alzeiam im Loch. 78. Nobiles de Lewenſtein Eccleſiam Spiesheim dedere monasterio Sion. 105. 107. 108. 112. 118. idem monasterium obtinet Eccleſiam in Gundersheim. 109. jus patronatus in Spiesheim impugnatum adjudicatur monaſterio monialium in Sion. 120. ſq. jus Patronatus in Offenheim prætenſum a Wilhelmo dicto Lettho de Alzeia adjudicatur Joanni de Randeck. 138. 139. jus Patronatus Capellæ in villa Rudern ab Henrico de Fleckenſtein neo-fundatore reſervatur filiis ad dies vitæ, unde tranſit ad abbatem Selſenſem. 208. 209.

K.

De Karben Rupertus miles, Burggravius Imperatoris Fridbergæ ab Udalrico abbate Limburgenſi obtinet bona in Akarben. T. 1. p. 63.

Kaſtenvogtey verius dicitur præfectura granarii, quæ advocatia non eſt. T. 4. p. 7.

De Kedenheim fratres armigeri renuntiant omni juri ad præbendam in monasterio Gomersheim, aliisque prætenſionibus contra abbatem in Arnſtein. T. 5. p. 409.

Kemnatenſe monaſterium monialium ab Henrico III. Rom. Rege habet liberam facultatem eligendi advocatum. T. 4. p. 185.

Keyſersperg caſtrum ejus ſitus. T. 2. p. 159. Carolus IV. Collegio Carolino in Ingelhemio inferiore dat decimas vini in tota jurisdictione hujus caſtri. ibid. emolumenta molendini. 160. cenſus oppidorum. 161.

De Kirchberg Otto Wildgravius conventui Otterburgenſi, procuravit penſionem quinque librarum pro piſcibus bonis. T. 1. p. 244. 453. anniverſarium poſt obitum benefactoris celebrandum. 453. in caſu neglecti anniverſarii, illud celebrat parochus in Imsweiler & reditus percipit ex curia Swande. 454.

De Kirwilre Cuno miles bona ſua in Kleinviſchlingen, quae quondam fuerunt Erphonis militis de Wingarten, vendit monaſterio uterinæ vallis

T. 3. p. 281. contractui accedunt fidejuſſores ibid. qui ad obſtagium tenentur in Landowe. 282. 289. Joannes filius Cunonis conſentit in hanc alienationem. T. 4. p. 252.

Küngernheim. vide *Gomersheim.*

Kungesbach ibi curia cum bonis a Friderico de Kungesbach quondam procuratore Domini de Franckenſtein datur monaſterio uterinae vallis in remedium animarum. T. 3. p. 206. idem alia bona donat monaſterio, ſub onere cenſus pro haeredibus. 209. Agnes ejus uxor ſimilem facit diſpoſitionem. 210. vide *Aquæductus.* donationem hanc approbat Joannes Clericus filius Domini Joannis junioris nobilis de Franckenſtein. 395. idem agit Joannes Junior, cum ſua conjuge. 397. 399.

L.

S. Lamberti monaſterium in Grevenhauſen propè Neoſtadium ad Hartam ord. S. Bened. ab Ottone duce fundatum. T. 5. p. 118. qui advocatiam ſibi, ſuisque haeredibus reſervat. 119. dos monaſterii deſcribitur & determinatur. ibid. fundator inſuper dat nonam partem redituum in villa Schiverſtat. 120. ulteriores donationes ejusdem ducis. 121. ſq. donat inſuper Eccleſiam in Steinwilre cum omni utilitate decimarum. ibid. Capellam in Schurheim cum attinentiis. 122. abbates hujus monaſterii. 123. his benedictinis ſucceſſere moniales ord. S. Dominici. ibid. Prioriſſa &conventus vendunt ſextam partem decimae in villa Ruſſingen decano & Capitulo S. Andreae Spiræ. ibid. Carrata vini a monialibus S. Lamberti quotannis dari conſueta monaſterio Dominicanorum Spirenſi in caſu extincti monaſterii cedat Comiti Palatino. 124. ſq. tandem monaſterium hoc S. Lamberti pervenit ad reditus univerſitatis Heidelbergenſis. 123.

Lampas juxta paralogium monaſterii uterinae vallis nutritur ex cenſu annuo dimidiae urnae olei nucum emptione adquiſito. T. 3. p. 359. debitor cenſum non praeſtans qualibet vice in pœnam dabit ſex talenta olei ad Eccleſiam in Lenſenwilre 360.

Landawe, *Landavia.* ibi monas-

naſterio uterinae vallis cenſus quatuor modiorum, ſiliginis praeſtandus a Theoderico dicto Lange de Ottersheim. T. 3. p. 116. bona & domus ab Adelheide Begina in Merlheim dantur eidem monaſterio. 278. cenſus unius librae Hallenſium domui vel fabricae fabri in Landowe, inhaerens adquiritur ab eodem monaſterio. 366. alius cenſus domui inhaerens a Begina Catharina venditur eidem monaſterio. 383. ex donatione idem monaſterium habet cenſum unius librae Hallenſium & domum in Landowe. T. 4. p. 271.

Landeck caſtrum ab abbate & monachis Clingenſibus dicebatur datum cuidam potenti Domino, ut hic ſaecularisſationem monachorum promoveret. T. 2. p. 65. ſi hic rumor veritati conſonet, ſaecularisſatio obtenta nullum effectum habeat. 66.

De Lauffen (Leufun) comes Boppo Senex monaſterii Lobenvelt advocatum & defenſorem egit pietatis & Benevolentiæ affectu, ad id rogatus. T. 4. p. 95. ejus filius inde jus advocatiæ prætendens privilegia turbavit. ibid. tandem a Conrado II. Wormatienſi Epiſcopo & Sifrido monaſterii præpoſito convictus injuriarum, ceſſit & juri prætenſo renunciavit. ibid.

Laureſham monaſterii ſitus. T. 4. p. 19. id Carolus M. in protectionem adſumit. 15. 16. vide inter Imperatores. *Carolus M.* idem agit Ludovicus I. 21. Ludovicus filius. 24. Arnolfus & Conradus. 27. vide *Otto I.* inter Imperatores. *jus fiſci. Otto II. Benedictus VII.* inter Papas. *Epiſcopus. Otto III. Sylveſter II.* inter Papas *Henricus II. Alexander III.* novalia, quae vel propriis manibus colunt monachi vel ſumptibus, uti & nutrimenta animalium a decimis & primitiis declarantur immunia. 40. licet ipſis Clericos & Laicos recipere ad converſionem. ibid. monachi profeſſi ſine licentia abbatis a monaſterio non diſcedant, niſi obtentu arctioris Religionis. 40. diſcedentem ſine litterarnm cautione nullus audeat retinere. 41. tempore interdicti generalis licet ipſis, clauſis januis, non pulſatis campanis &c. ſuppreſſa voce divina officia celebrare. ibid. ſepul-

pulturae libertati nemo obſiſtat, ſalva juſtitia Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumunt. ibid. cum licentia Epiſcopi diœceſani cellas & oratoria in locis ſuis conſtruendi licentiam habent, ſine damno tamen vicinarum Eccleſiarum. ibid. alienatio quævis ſine communi fratrum vel majoris & ſanioris partis conſenſu non fiat. ibid. Præpoſituræ cellarum & obedientiæ monaſterii nonniſi monachis capituli committantur. 42. vide *Advocatus Oppenheim.*

Leimersheim a monaſterio Herdenſi emptione adquiritur. T. 4. p. 465.

De Leimersheim Henricus miles monaſterio uterinæ vallis quotannis dat duo maldra Speltæ ex bonis in Bellenheim pro hoſtiis conficiendis. T. 3. p. 388.

De Leiningen Fridericus Comes ceu advocatus provincialis per Spirgoviam protegat monaſterium Limburgenſe vice Philippi Rom. Regis. T. 1. p. 61. 104. damnum, quod præfato monaſterio intulit exſtructione caſtri Hartenberg in fundo Eccleſiæ recompenſat. 62. 105. controverſiæ monaſterium Limburg. inter & Comites de Leiningen Ludovico Comiti Palatino propoſitæ in aliud tempus disquirendæ remittuntur. 185.

De Leiningen Heſſo oppidum Dürckheim ab Henrico abbate Limburgenſe obtinet in feudum. T. 1. p. 69.

— — Emicho cum abbate Limburgenſi Macario magnas habuit diſſentiones. T. 1. p. 72. contra hunc Comes Palatinus Philippus milite armato replet monaſterium. ibid. milites Emichonis dein monaſterium intrant, exſpoliant & incendio vaſtant. 76. ſq. Macarius abbas contra Emichonem querelas movet in Conventu Principum Colonienſi coram Maximiliano I. 78. cauſam Rex Jacobo archiepiſcopo moguntino diſcutiendam dedit. ibid. exceptiones Emichonis. 79. in bannum Imperii declaratus eſt. 159.

— — Emicho cum univerſitate civitatis Landowe monaſterio uterinæ vallis varias concedit libertates. T. 3. p. 139.

— — Fridericus. vide *Hartenberg* bona monaſterii uterinæ vallis in villa Muln-

Mulnhuſen ab omni exactione libera pronuntiat. T. 3. p. 6[illegible]. vide *Abbas Limburgenſis Sifridus de Bergen.*

Lenſemwilre ibi monaſterium uterinæ vallis cenſum decem ſolidorum Hallenſium emptione adquirit. T. 3. p. 472.

De Lewenſtein Wolframus & Emicho monaſterio Sion dant Jus Patronatus in Spiesheim. T. 6. p. 112. 123. 124. 130. 134.

— — Wolframus dictus der kleine diverſis monaſteriis varia relinquit legata. 141. ſq. in monaſterio Sion fundat miſſam perpetuam. 142. parochiis variis adſignat marcas quatuor pro damnis illatis. ibid. famulo legat ſex libras Hallenſium, canes, retia, volturem, qui dicitur blavus. 143. 144. famulæ vaccas. 144.

— — Irmengardis monaſterio Sion dat reditus in Heimersheim pro anniverſario. 153.

Libra Hallenſium æquivalet viginti ſolidis Hallenſium. T. 3. p. 122.

De Lichtenſtein Conradus curiam ſuam in Alſenze Seidelhof dictam vendidit monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 282. poſt obitum uxoris ſuæ Agnetis, filiæ Comitis Rheni monaſterium mittit in poſſeſſionem præfatæ curiæ & aliarum villarum. 286. porro quartæ partis ſylvae Waldmarcke. ibid. ex metu corporis & rerum ſuarum non audens intrare villam Alſenze, alios mittit, qui monaſterium in poſſeſſionem mittant. 288.

De Lidweiler Petrus a Volmare abbate in Munſter-Treyſa conſtituitur Caſtrenſis in Oppenheim. T. 5. p. 446. ejus reditus. ibid.

Lignandi jus in ſylva monaſterii Limburgenſis competit univerſitati villae Rœthersheim, quin ſolvat jus dictum Hofrecht. T. 1. p. 63. Wernherus abbas Limburgenſis cum villanis in Lamsheim conventionem init circa jus lignandi in nemoribus Walzenthal & Sommerthal. 81. iisdem proviſoriè permittitur a Ludovico Comite Palatino. 157. jus lignandi in Waldmarcke &c. ſtabilitur monaſterio Otterburgenſi & ejus villanis. 220. 261. conventionem circa idem jus initam inter abbates Otterburgenſem & S. Lamberti & H. de Warten-

tenberg &c. confirmat Fridericus II. Rom. Rex. 221. 270. idem pro monaſterio Otterburg agit Henricus VII. Rom. Rex. 222. 277. Philippus de Falckenſtein jus hoc denuo litigioſum inter præfatum monaſterium & illos de Wartenberg ſtabilit. 226. ſq. compoſitionem hanc ratam habent Embercho & Fridericus Comites de Leiningen. 226. 301. Wernherus dictus Colbo de Wartenberg monaſterio præfato concedit jus lignandi in iisdem nemoribus intuitu curiae in Rorbach. 230. 324. Conradus de Wartenberg profitetur, ſe tantum ad dies vitae habere jus lignandi in ſylva Kahlenberg monaſterio Otterburg: propria. 232. 340. jus lignandi innocuum in ſylvis Otterburgenſis monaſterii conceditur villanis in Balborn, Melingen & Neunkirchen. 495. ſq. jus lignandi Otterburgenſium in Waldmarcke & Brando quousque ſe extendat? 277. ſq. 318. ſq. jus lignandi a civibus in Durſenrewt praetenſum in ſylva monaſterii Waldſachſen reſtringitur. T. 4. p. 111. Rudolphus Comes Palatinus monaſterio monialium S. Joannis propè Alzeiam dat jus lignandi innocuum in ſvlva Furholtz. T. 6. p. 50. idem concedunt ibidem Rudolphus & Rupertus Comites Palatini monaſterio Sion. 150. quod confirmat Philippus. 155.

Limburgum ad Hartam monaſterium ord. S. Benedicti, cujus prima fundamenta poſuit Conradus II. Imperator. T. 1. p. 27. varia hujus nominis oppida & caſtra. ibid. Poppo abbas Stabulenſis a Conrado II. conſtituebatur exſtructor monaſterii hujus. 29. qui & primus ibi abbas fuit. 32. Bernhard in antiquitatibus Naumburgenſibus Browerum erroris inſimulans, quaſi hoc monaſterium confuderit cum alio Limburgi ad Lahnam, ipſus erravit. 34. Conradus monachis in novum hoc monaſterium cooptatis Popponi dedit litteras fundationis cum praediis plurimis. 35. 85. ſitus hujus monaſterii. 36. vide *Heldenberg. Abbas Poppo.* Bardo archiep. mogunt. aram in choro Eccleſiae Limburgenſis conſecravit in honorem S. Andreae. 41, porro praecipuum altare

tare ante chorum in honorem SS. Joannis Evangeliſtæ & Baptiſtæ. 41. altaria tria in Crypta Eccleſiæ a variis Epiſcopis conſecrata. 41. in hac Crypta ſepultus perhibetur Wolframus filius Imperatoris. ibid. Eccleſiæ Limburgenſis magnitudo. 42. vide *Einhardus Abbas. Abbas Limburgenſis.* parochia Weidenthale a Nicolao IV. Papa incorporatur monaſterio huic. 65. monaſterium Schönfelt propè Dürckheim eidem monaſterio incorporatum. 69. vide *Durckheim.* monaſterium milite armato repletur a Philippo Comite Palatino contra Emichonem de Leiningen. 72. pretioſa monaſterii, præcipiente Macario abbate, qui Spiræ ægrotabat, Spiram transferuntur. 73. utenſilia transferre volenti Priori reſtitit Fridericus de Spanheim præſidii capitaneo. ibid. ratio motiva. ibid. Fridericus de Harmsheim Capitaneus præſidium militare Limburgo amovit. 75. hinc monachi omnes Spiram auffugere. ibid. milites Comitis de Leiningen monaſterium intrant, expoliant & incendio vaſtant. 76. ſq. in quo reædificando Sifridus abbas ſedulo occupatus fuit. 83. quod continuavit Martinus abbas. ibid. aſt Elector Palatinus Fridericus III. omnia monaſterii bona adminiſtratori Laico commiſit. 84. ſicque hæc fundatio ſimul ac ſemel deſiit. 84. Joannes Jordans de Tuitio ab abbatibus congregationis Bursfeldenſis monaſterio præfectus abbas, vi pacis Weſtphalicæ coactus loco cedere debuit. ibid. monaſterium hoc furente bello Aurelianenſi flammis denuo conſumptum funeſtas nonniſi hodie exhibet ruinas. ibid. jura & reditus hujus monaſterii. vide p. 138. ſq.

Lioba primum Truthgeba, dein cognomine Leobgyta & contracte Lioba vel Lieba dicta a S. Bonifacio Germaniæ apoſtolo è Britanniæ partibus vocata. T. 2. p. 136. 138. Biſchoffshemii ad Tubarim primum Chriſti ancillis præpoſita, demum ætate provecta Schornshemii permanſit. 137. 139. 140. plura vide ibidem.

Litensheim ibi prædium ab Ottone III. Rom. Rege datum monaſterio Selſenſi, unde vinum ad ſacrificium altaris conficiendum annua-

nuatim ſumatur & cedat in uſus fratrum. T. 4. p. 67.

Lixheimenſe monaſterium ordinis S. Benedicti diœceſ. Metenſis. T. 2. p. 97. ejus ſitus. ibid. locus dicebatur ad S. Georgium pertinens. ibid. reliquias ſanctorum auxiliante Stephano Metenſi Epiſcopo obtinet. 98. monachi tres hujus monaſterii renuntiant omni juri, quod habebant, monaſterium relinquunt acceptis a Ludovico Comite Palatino centum florenis. 100. reliqui eidem Comiti ceu fundatori & advocato adminiſtrationem monaſterii cedentes penſiones annuas obtinent. 101. miniſteriales monaſterii jurant officiato Palatino in Lützelſtein. 101. bona monaſterii varia venduntur. 102. 103. Julius III. Papa ſub Friderico II. Electore Palatino reſiduos proventus Collegio ſapientiæ Heidelbergæ univit. 103.

Lobdenburg civitas a Dagoberto I. francorum Rege data S. Petro Wormatiæ. T. 2. p. 17.

Lobenveltenſe monaſterium a Friderico I. Imperatore in tuitionem recipitur. T. 4. p. 94. vide de *Lauffen.*

Lorchenſe monaſterium a Conrado III. Rege advocatum petit Fridericum Ducem, cognatum Regis. T. 4. p. 173. vide *Advocatia.*

Lovanienſis Comes Lambertus ab Ottone I. Imperatore conſtituitur advocatus monaſterii Gemblacenſis in Brabantia. T. 4. p. 60.

S. Ludgeri monaſterium ab Ottone I. Rom. Rege decimas finitimorum agrorum largiebatur. T. 4. p. 155. S. Ludgerus author illud ſubjecit (referente Meibomio) abbati monaſterii Werden in Weſtphalia. ibid. vide *Advocatia.*

Lumen ante imaginem B. M. V. in gradibus ſummæ ædis Spiræ poſitam perpetuo ardens nutritur centenario dimidio olei ad id deſtinato. T. 2. p. 78.

De Lurenburg Robertus advocatiam monaſterii Schönau de manu Adelberti archiep. mogunt. ſuſcepit. T. 4. p. 171. vide *Advocatia.*

M.

De Maddenberg. vide *Fridelsheim.*

Magdeburgum. vide *Bergen-ſe*

ſe monaſterium. Halberſtadienſis Epiſcopus.

Magiſcola Eccleſiæ Clingenſis pueros chorales in grammatica & cantu inſtruit. T. 2. p. 49. una cum pueris divinis officiis intereſſe debet. 51. ejus reditus. 53. a capitulo conſtituitur & eſt ad nutum revocabilis. 55.

Manſionarius monaſterii S. Maximini cenſum, qui ad uſum fratrum quotidianum pertinet, ſtatuto die non præſtans, die ſequente vademonio vel pignore, quod ſumet villicus abbatis, ſolvet. T. 4. p. 211. 237. manſionarii ſive villani nonniſi inter ſe nubant, vel uxorem ex familia Eccleſiæ Trevirenſis majoris ſumant. ibid.

Apud S. Marcum extra muros Spirenſes. ibi curia venditur monaſterio uterinæ vallis. T. 4. p. 351. cenſus curiæ inhærentes redimuntur a venditoribus. 352. penſio quinque maldrorum Siliginis curiæ ſitæ juxta cimiterium Eccleſiæ S. Marci annexa & poſſeſſori præbendæ Eccleſiæ SS. Trinitatis ab Abſolone de Durlach fundatæ debita redimitur. 355. curia a canonicis præfatæ Eccleſiæ libera pronuntiatur. 356.

Mariæ Corona parthenon ordinis Ciſtercienſis extra muros Oppenheimenſes moguntiam verſus. T. 5. p. 390. Capellani hujus monaſterii varia poſſidebant altaria, de quibus præpoſito S. Victoris moguntiæ quotannis ſolvebant jura. 369. ad altare SS. virginum Catharinæ Barbaræ & Dorotheæ præſentabant Oppenhemii ſcultetus & magiſtri Fabricae S. Catharinæ. 396. plures præſentationes vide ibidem. Philippus Comes Palatinus finit diſcordiam inter moniales quasdam & Philippum de Meckenheim. 397. occupatum eſt hoc monaſterium anno 1568. 399. ejus redditus. 400.

Mariæmünſter monaſterium monialium in Weſtphalia ab Adelberto I. archiepiſcop. mogunt. obtinet confirmationem, & facultatem eligendi Patrem ſpiritualem uti & advocatum qui eis ſit neceſſarius & non gravis. T. 4. p. 192.

S. Maximini Monaſterium pro villa Hanevilare a Conrado II. Imperatore obtinet bona Giſelberti Comitis Imperatori oblata. T.

T. 1. p. 38. quæ iterum permutatur erga villam Aſteneburno, quæ pertinuit ad monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe. 38. ſq. vide *Abbas.* Otto III. Rom. Rex huic monaſterio dat privilegium immunitatis. T. 4. p. 64. vide *Advocatus.*

Meren monaſterium ab Arnoldo de Dickka obtinet quartam partem donationis Eccleſiæ Crevelt. T. 5. p. 454.

Mergeſtat ibi bona ab Henrico milite dicto Telonario de Alzeja venduntur monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 227. Schiles de Montfurt miles bona hæc impugnans, tandem iisdem renuntiavit. ibidem. Aegidium militem de Montfort hæc bona reſignaſſe præfato monaſterio, atteſtatur Emicho Epiſcopus Wormatienſis. 231. 335.

Merlheim ibi monaſterium Selſenſe bona adquirit. T. 2. p. 94. pratum ab Erneſto dicto Enſeln donatur monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 247. eidem monaſterio Bertholdus de Schiverſtat ejusque conjux dant bona. 267.

Meſſinenſe monaſterium ab Adela Flandriæ Comitiſſa fundatum confirmatur in ſuis poſſeſſionibus a Roberto Friſio Flandriæ Comite, filio fundatricis. T. 4. p. 166. vide *Advocatia.*

Metenſis Epiſcopus Adelbero contentionem advocatum inter & abbatem S. Trudonis ortam finit. T. 4. p. 199. vide *Advocatia. Advocatus.*

Methelen Parthenon in Weſphalia ab Arnulpho Rege confirmatur. T. 4. p. 58. nullus judex ſe immiſceat cauſis monaſterii, ſed moniales coram advocato ex Regis juſſione conſtituto juſtitiam faciant. ibid.

De Metis, Meti Joannes armiger coram judicibus curiæ Spirenſis atteſtatur, bona propè Sreden monaſterio Otterburgenſi pro numerata pecunia fuiſſe vendita. T. 1. p. 419. conſentit qua Dominus directus in hanc venditionem a Vaſallo Haynone de Geyspolsheim factam ibid. eidem monaſterio auxilium promittit contra impetitionem Joannis de Scharfenecke & hæredum. ibid. villas Grevenhuſen, Mettenbach & Rodenbach vendit monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 195. villarum termini. 196. Agnes de

Digitized by Google

de Hohenvels ejus conjux renuntiat omni juri dotis 197. privilegiis ſexus. 198.

Michelſtat cum ſuis attinentiis monaſterio Laureshamenſi confirmatur ab Alexandro III. Papa. T. 4. p. 40.

Miſſa Sabbathina a Walramo Præpoſito majore Wormatienſi fundatur in monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 236. 393. miſſa in Capella Kindenheim fundatur. T. 2. p. 121. Gerlacus abbas Wadegotienſis bona fundationis acceptat, miſſamque ſe curaturum promittit. 122. fundatio confirmatur ab officiali Præpoſiti majoris Wormatienſis. 123. miſſa perpetua pro capellano hoſpitalis in Brunchweiler fundatur a Ruperto Rom. Rege. T. 5. p. 40. vide *Capellanus*. ſimilis fundatio ibidem a Joanne Odenwalt facta. 48. 49. Conradus miles de Stedin in moaſterio Sion fundat miſſam perpetuam de bonis in Morsheim. T. 6. p. 148. Wolframus ſenior miles de Lewenſtein fundationem miſſæ perpetuæ factam a Patre in bonis Heppenheim approbat. 151. miſſa perpetua ſuper altare SS. Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ in Eccleſia Salſenſi fundatur ab abbate & conventu ex bonis feudalibus a Ludovico Armigero de Waltenheim monaſterio reſignatis. 177. ſimilis fundatio fit ad altare B. M. Virginis. 184. & ad altare SS. Trinitatis. 219. 227.

Mitræ uſus in ſummis ſolemnitatibus a Conrado I. archiep. mogunt. indulgetur Udalrico abbati Limburgenſi. T. 1. p. 61. 101.

Mittelrorbach ibi Conradus de Wartenberg cum conſenſu regio vendidit bona monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 232. 351. Rudolphus Habsburgicus confirmat hanc alienationem. 233. ibidem Henricus de Hohenecken vendit bona eidem monaſterio. 234. 374. 382. requiritur conſenſus Rudolphi Rom. Regis. 376. fidejuſſores conſtituti tenentur ad obſtagium Lutræ. 377. vide de *Leiningen*.

Moersdorf ibi prioriſſa & conventus S. Catharinæ ord. S. Dominici Treviris decimam cum attinentiis dant monaſterio Comedenſi pro cenſu annuo tredecim maldrorum ſiliginis. T. 5. p. 456.

Moguntina Eccleſia. vide *Gerodenſe monaſterium.*

Moguntinus Archiepiſcopus.

Adelbertus I. abbatiam ordinis Ciſtercienſis fundare cogitans accerſivit Bernardum abbatem de Clara valle, qui ipſi de domo ſua transmitteret monachos. T. 1. p. 216. decreta Regum in favorem monaſterii Clingenſis ſtabilivit, cum addito, abbatem a fratribus electum petere & accipere debere confirmationem ab archiepiſcopo mogunt. &c. T. 2. p. 4. 24. 27. ejusdem innovatio & declaratio fundationis Dagobertinæ reſpiciens monaſterium Clingenſe. 25. ſq. neofundatum monaſterium Ilbenſtadienſe in Wetteravia ord. Praemonſtr. confirmans, fratribus dat liberam facultatem eligendi commodum & manſuetum advocatum, T. 4. p. 190. deponendi nocivum, cum conſilio tamen & auxilio archiepiſcopi. 191. idem concedit monaſterio Breitenau. ibid. & cœnobio monialium Mariaemûnſter in Weſphalia. 192. in litteris fundationis monaſterii montis S. Joannis (Biſchoffsberg) in Rhingavia advocatiam ſolis reſervat archiepiſcopis mogunt. 201.

Adolphus I. vacante per obitum Heilmanni abbatia Clingenſi neo-electum Rudolphum confirmat ex jure S. Sedi moguntinæ ab antiquo competente. T. 2. p. 5. idem confirmat Rudolphum de Bergen abbatem Clingenſem neo-electum. 31.

Adolphus II. monachis in Schwabenheim adſignat reditus ad dies vitae. T. 5. p. 225. ejus querelae ſuper collapſa diſciplina regulari. 228.

Albertus II. Cardinalis fundationem clauſtri Trumbach factam a Franciſco de Sickingen confirmat. T. 5. p. 389. monialium diſciplinam Sigillifero moguntino & Priori Schwabenheimenſi committit. ibid.

Anſelmus Caſimirus fratribus ordinis S. Franciſci de obſervantia dat Hoſpitale & monaſteriolum S. Liobae Biſchoffshemii ad Tubarim. T. 2. p. 140.

Arnoldus advocatiam Parthenonis S. Ruperti prope Pinguiam reſervat ſibi ſuisque ſucceſſoribus. T. 4. p. 203.

Bardo duo in Limburgenſi Ec-

Eccleſia conſecravit altaria. T. 1. p. 41.

Bertholdus Beginis in Valbrucken dat licentiam, reaedificandi domum & Eccleſiam temporum bellique injuriis dirutas. T. 5. p. 375. has Beginas ſubjicit Priori canonicorum regularium Ravengirsburgenſium, ceu viſitatori. 377. confirmat cluſam ſororum ſub regula S. Auguſtini in oppido Kirchberg juxta Eccleſiam parochialem viventium. 467. ſq. Priores & lectores Auguſtinianorum moguntiae, Alzejae & Friedbergae approbat ad excipiendas confeſſiones, ad praedicandum. T. 6. p. 5. ſq. dat eis licentiam collectandi in parochiis. 6. conſtituit viſitatores pro monaſterio Daimbacenſi. 103.

S. Bonifacius Liobam è Britanniae partibus vocavit. T. 2. p. 136. 138. vide *Lioba.* a francis ſenioribus percepit, plûs quam per tempus octoginta annorum ſynodum non fuiſſe celebratam, nec extitiſſe archiepiſcopum. 137. Gewielibo antiſtite depoſito Bonifacius Cathedrae Metropoliticae denuo renovatae impoſitus eſt. ibid. ejus rumor multos e Britanniae partibus viros evocavit, qui partim Haſſis, partim Thuringis verbum dei praedicabant. 138. ejusdem ſocii. 139. vide *Chunihilt Chunitrud Tecla.*

Conradus I. uſum mitrae in ſummis ſolemnitatibus indulſit Udalrico abbati Limburgenſi. T. 1. p. 61. 101. Hartmannum de Budingen declarat advocatum monaſterii Conradsdorff. ord. Præmonſtrat. T. 4. p. 178. monialibus S. Petri apud Crucenacum dat facultatem eligendi Præpoſitum virum bonae famae &c. intra terminos tamen Eccleſiae moguntinae. T. 5. p. 311. 313. recipiendi perſonas ibi Deo militare volentes. 311. 314. monaſterium in protectionem ſuſcipit. 312. ſq. hoc diploma ſubſcribens anno 1196. dicit: anno Electionis noſtræ in Epiſcopatum moguntinum trigeſimo ſexto, exilii trigeſimo tertio, reverſionis quarto. 315. monaſterium monialium in Comeda confirmat. 452. ſq.

Daniel moniales è cluſa S. Margarethæ moguntiæ miſit in cœnobium Eybingenſe. T. 5. p. 345.

Digitized by Google

Dietherus reſignationem parochiæ Sponheim ratam habet. T. 1. p. 208.

Gerardus I. cœnobium S. Diſibodi in diſciplina & facultatibus collapſum ab ordine S. Benedicti transfert ad monachos Ciſtercienſes. T. 1. p, 227. 307.

Gerardus II. Parochiam S. Albani dat monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 235. 381. eidem monaſterio incorporat parochiam Alſenze, cum conſenſu archidiaconi S. Victoris. 288. 407. Eccleſiam in Burneheim unit conventui monialium in Comeda. T. 5. p. 456.

Gerlacus Præpoſituram S. Catharinae Oppenheimii unit capitulo, cum conſenſu capituli majoris moguntinae. T. 5. p. 395. Collegium Carolinum Ingelhemii infer. confirmat. T. 2. p. 166. 169.

Gerwillo (Gewielibus) moguntinæ ſedis antiſtes fuit Epiſcopali dignitate privatus. T. 2. p. 137.

Henricus I. donationem Guntheri Epiſcopi Spirenſis de Praepoſitura Nuenburgenſi in Wetteravia factam monaſterio Limburgenſi ad Hartam, confirmat, ſalvo jure Metropolitani. T. 1. p. 58. 93. Eccleſiam Otterburg in antiquo hujus nominis Caſtro ad Otteram, nec non beneficium Eccleſiae cum aliis reditibus dat Ruthardo primo Eberbacenſis monaſterii in Rhingavia Abbati ad conſtruendum ibi cœnobium. 212. ſq. advocatiam monaſterii Georgenthal ord. Ciſter. ſibi, ſuisque ſucceſſoribus reſervat. T. 4. p. 202.

Joannes II. vide *Abbas Limburg. Petrus.* Collegio Carolino Ingelhemii inferioris dat indulgentias. T. 2. p. 264. ſq.

Mathias cum conſenſu decani & capituli mog. monaſterio Otterburgenſi dat parochiam in Offenheim, ad reſtaurandam inopiam. T. 1. p. 422. 432.

Rabanus a Ludovico Rege obtinet protectionem jurium & poſſeſſionum monaſterii Clingenſis, quod una cum documentis igne abſumptum erat. T. 2. p. 2. 22.

Ruthardus fundationem cœnobii Bursfeldenſis a Comite Henrico filio Ottonis Ducis & Gerdrade filia Ekkeberti marchionis factam confirmat. T. 4. p. 166. monaſterium Camber-

bergenſe diœceſ. Wirceb. fundat. 186. Cellam Falckenau dedicans ſtatuit, nullum ibi advocatum fore, niſi illum, quem abbas & fratres ejus Erphesfordienſis cœnobii in monte poſiti ſibi elegerint. 188.

Siſridus I. in litteris neofundati monaſterii Ravengirsburg Canonicis dat facultatem eligendi præpoſitum & advocatum, quibus demum ipſus curam regiminis committet. T. 4. p. 186.

Siſridus II. confirmat translationem juris Patronatus in Heldenberg ab abbate & conventu Limburgenſi factam in Eccleſiam moguntinam. T. 1. p. 62. decimas capellæ in Erlenbach a villanis in Sambach pro ſua Eccleſia praetenſas, confirmat monaſterio Otterburgenſi 220. 268. ex ejus mandato baptiſterium, quod de parochia in Otterburg ad Capellam in Wilre antiquitus translatum fuit, propter loci ejusdem ſolitudinem transfertur ad capellam in Erlenbach. 270. in ſynodo enuntiat nullum Laicorum in bonis Eccleſiaſticis jus haerereditarium poſſe obtinere, in quibus ipſe ejusdem Eccleſiae advocatus extiterit. T. 4. p. 246. monaſterium virginum vallis S. Catharinæ ord. Ciſter. a Præpoſito Crucenacenſi & Plebanis fundatum confirmat. T. 5. p. 367.

Siſridus III. confirmatioonem, quam Innocentius IV. Papa per præpoſitum in Schwabenheim dedit monaſterio Sion intuitu parochiæ Spiesheim, ratam habet, T. 6. p. 106. 107. 108. idem confirmat donationem Eccleſiæ Gillenheim factam monaſterio Roſenthal. 106.

Theodoricus conſentit in venditionem decimarum in Carben a præpoſito & conventu Naumburgenſi factam Eccleſiæ Collegiatæ Aſchaffenburgenſi. T. 1. p. 68. monachos Clingenſes a tramite regulæ S. Benedicti multum aberrantes redarguit, ac terminum emendationis præſcribit. T. 2. p. 5. Erphonem Brack de Clingen neo electum abbatem ſolitis cæremoniis Aſchaffenburgi ad Moganum probavit. 6. 37. 81. Bernardo abbati ejusque religioſis reformationem injungit. 34. hunc Bernardum poſt factam renuntiationem & electum Erphonem conſti-

ſtituit perpetuum Coadjutorem abbatis. 41. 82.

Uriel requiſitus ſuper fundatiòne clauſtri in Trumbach, quam meditabatur Franciſcus de Sickingen, rem Patri domus Ravengeresburgenſis & Plebano Crucenacenſi in commiſſis dedit. T. 5. p. 386.

Wernherus abbati Eberbacenſi committit monaſterium Sion quoad curam in ſpiritualibus. T. 6. p. 113. huic monaſterio confirmat Eccleſiam in Spiesheim. 113.

Wolffgangus moniales Crucenaci religionis cauſa in exilium actas poſt varias locorum mutationes tandem transfert è cœnobio Eybingenſi moguntiam in monaſterium S. Agnetis T. 5. p. 346.

Moguntinum Capitulum Metropolitanum jus Patronatus Parochiæ Heldenberg obtinet ab abbate & conventu Limburgenſi ad Hartam. T. 1. p. 37. parochum præſentat abbati. 111. detracta parochi congrua reſiduum vertatur ad meliorationem præbendarum. 112. confraternitatem init cum Limburgenſibus. 113. conſentit in incorporationem parochiæ Alſenze factam monaſterio Otterburgenſi. 238. 409. obtinet idcirco duas libras ceræ quotannis in feſto S. Martini præſentandas. 411. conſentit in incorporationem parochiæ in Albich factam monaſterio Otterburgenſi. 240. in ſignum beneficii obtinet duas libras ceræ. 430. conſentit porro in incorporationem Eccleſiæ Offenheim factam eidem monaſterio. 241. & eundem cenſum recipit in feſto S. Martini hyemalis. 433. vide *Charta. Abbas monaſterii S. Diſibodi* primus ex ordine Ciſtercienſi. *Joannes*.

Molendinum Phuſt propè Franckenthal a Bertholdo de Ebeſtein datur monaſterio Otterburgenſi. T. 1. p. 226. reſervato cenſu, quem percipit monaſterium Franckenthalenſe. ibid. cenſum hunc monaſterium Franckenthalenſe præſtare promittit monaſterio uterinæ vallis. 239. 414. 449. ſq. molendinum in Mönchbiſchem ab Adelheide abbatiſſa monialium S. Spiritus apud Alzejam reſignatur abbati in Otterburg cum conſenſu militis dicti Vadir de Kircheim. 237. 404. Walthelmus

ab-

abbas Otterburgenſis profitetur Eccleſiam ſuam abbati & conventui in Franckenthal debere quotannis decem Maldra ſiliginis de Molendino Phuſt, quod ſpectat ad curiam Ormesheim, ceu legatum Bertholdi de Eberſtein. 300. Conradus miles de Scharffinberg cum conſenſu familiæ molendinum in Bernesbach vendit monaſterio uterinæ vallis. T. 4. p. 419.

Monachi Hirſaugienſes in obſervantia vitæ optimè inſtituti ad monaſterium Clingenſe miſſi locum in oeconomicis & ſpiritualibus reformarunt. T. 2. p. 75.

— — Laureshamenſes religionem relinquentes ac negotiis illicitis ſæcularibusque operam dantes a Papa monendi & corrigendi. T. 4. p. 37. non emendati regiæ poteſtati deputandi. ibid. vide *Laureshamenſe monaſterium.*

Monachi Limburgenſes reformationem ad ductum diſciplinæ congregationis Bursfeldenſis non acceptantes dimittebantur, ſtatuta eisdem penſione annua. T. 1. p. 71. 143. ob timorem Emichonis de Leiningen omnes Spiram auffugere. 75.

— — Uterinæ vallis ex privilegio Alexandri IV. Papæ jus hæreditarium non amittunt per profeſſionem religioſam. T. 3. p. 44. exceptis rebus feudalibus. 45.

— — Wadegotienſes Wormatiam venientes a Conductore Curiæ monaſterii habent domicilium & victum pro ſe & equis. T. 2. p. 131.

Monaſteria licet ſub mundiburdio Regum conſtituta, ob prædia in pagis diverſis ſita plures ſubin habebant advocatos ſive cauſſidicos. T. 4. p. 43. monaſteria ord. Ciſtercienſis paſſim degunt ſub immediata Cæſaris & Imperii tutela & protectione 180. liberam habent advocatorum electionem. 181.

Moniales comedenſes Eliſabetha & Anna de Coppenſtein renuntiant hæreditati in favorem ſororis ob dotem ſufficientem ipſis datam. T. 5. p. 460. excepto caſu, quo hæredes deficiant. 461. 462.

Moniales S. Dominici in monaſterio S. Lamberti in Grevenhauſen ſucceſſere

Be-

Benedictinis monachis. T. 5. p. 123.

Moniales in Hauſen propè abbatiam Limburgenſem a regularis diſciplinæ tramite receſſerunt. T. 1. p. 61. inopiam ſuam mediis illicitis relevare cogebantur. ibid. hinc receptio novarum iis interdicta fuit. ibid.

— — in Heilsbrucken obtinent legatum unius libræ Hallenſium ad refectionem & pro anniverſario. T. 3. p. 303.

— — in Hochheim propè Wormatiam obtinent penſionem annuam. T. 1. p. 460.

— — in Mauchenheim nulliter conferunt parochiam in Offenheim. T. 1. p. 439.

— — in Nuwenburg propè Heidelbergam obtinent legatum ad refectionem & pro anniverſario. T. 3. p. 303.

— — in Weidas panem album pro Quadrageſima fundatum habent. T. 6. p. 83.

Mons Campi in loco ſic dicto Everhardus Comes de Sponheym fundavit Eccleſiam a Bardone archiepiſ. mogunt. conſecratam T. 1. p. 201. Eccleſiæ bona in diverſis locis contulit in dotem. ibid. Clericos ibi quosdam collocavit. ibid. Stephanus Comes de Sponheim hanc Eccleſiam in monaſterium erigere curavit. 202. opus hoc complevit Megenhardus ejus filius. ibidem. Eccleſiam & monaſterium ord. S. Benedicti dedicavit Buggo Epiſcopus Wormatienſis vice Adelberti I. archiepiſcopi moguntini. ibid. monaſterium hoc in diſciplina & oeconomia collapſum a Friderico electore Palatino & Friderico Duce Bavariæ, Comite Spanheimenſi datur abbati & conventui S. Jacobi moguntiæ. 204. media adhibentur pro reſtaurando monaſterio. 205. ſq.

Montis Angelorum monaſterium a Friderico I. Imperatore obtinet confirmationem privilegii dati ab Henrico IV. T. 4. p. 95. vide *Advocatus Advocatia.*

Montis S. Joannis monaſterium in Rhingavia (Biſchoffsberg) advocatum habet archiepiſcopum moguntinum vi litterarum fundationis ab Adelberto I. datarum. T. 4. p. 201.

Mornsheim ibi cenſus annuus adquiritur pro infirmaria monaſterii uterinæ

næ vallis. T. 3. p. 172. idem monaſterium varios reditus adquirit 229. ſq. 264. 306.

Mosbacenſe monaſterium tandem in Eccleſiam collegialem converſum eſt. T. 1. p. 21. monaſterii ſitus. 13.

Mosbach, Moſebach oppidum Imperiale ab Adolpho Naſſovico Rom. Rege datum Nobilibus de Breuberg. T. 1. p. 17. ob damna gravia in Thuringia pro cæſare & imperio perpeſſa. ibid. ereptum Eberhardo de Breuberg promittitur denuo a Ludovico Bavaro. Rom. Rege. ibid. Palatinis Comitibus oppignoratum, iisdem confirmatur a Ludovico Bavaro quoad jura & privilegia Cæſarea ibid. ulterior oppignoratio interdicitur. ibid. Carolus IV. Imperator Ruperto I. Comiti Palatino aſſenſum præbuit, ut ampliaretur oppidum. 18. ex ultima voluntate Ruperti Electoris Palatini, filii Ludovici Bavari obtigit Ottoni filio natu minimo. ibid. qui inde Mosbacenſis dictus. ibid. ab hoc tempore, ſcil. anno 1410. oppidum inter poſſeſſiones Palatinas numerabatur. ibid. unde corrigitur Tolnerus Sebaſtiani Munſteri narratiunculis ſeductus aſſerens, præfecturam Mosbacenſem a Ludovico Severo anno 1259. Palatinatui Rhenano fuiſſe plenarie inſertam. ibid.

Mulnhuſen ibi bona donantur monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 311. T. 4. p. 271. idem monaſterium cenſum unius libræ Hallenſium emptione adquirit. 450.

Munch-Biſchoffsheim villa monaſterii Otterburgenſis fixos habuit reditus a Comite Palatino occupatos. T. 5. p. 7.

Münſter ibi Henricus de Krophesberck Imperialis aulæ miniſterialis bona ſua donat Eccleſiæ S. Michaelis in Clingen. T. 2. p. 77.

Münſter monaſterium ord. S. Benedicti ſæculo ſeptimo a Regibus Merovingis exſtructum, & divo Gregorio dicatum civitati originem, valli autem nomen Gregorii conciliavit. 161.

Munſter-Dreiſa, Treyſa, monaſterium ordinis Præmonſtratenſis. T. 5. p. 441. ejus ſitus. ibid. ordo can-

candidus dictus a candidis veſtibus. ibid. nomina defunctorum hujus monaſterii. 447. ſq. vide *Abbas.*

Murenſe monaſterium a Wernhero Epiſcopo Argentinenſi fundatum. T. 4. p. 157. fratres ſecundum Regulam S. Benedicti degentes abbatem ſibi vel de ſua vel de alia congregatione praeſtituant libera electione. ibid. vide *Advocatus.* Henricus V. Imperator monaſterii libertatem confirmat. 167.

N.

De Nauſea Fridericus Epiſcopus Viennenſis in Auſtria a Ferdinando Rom. Rege obtinet praepoſituram Collegii Carolini in Ingelheim infer. T. 2. p. 273. 275. ejus merita. ibid. Comites Palatini multum obfuerunt poſſeſſioni, quam tandem ſub variis conditionibus obtinuit. ibid. & ſqq. vide *Præpoſitura.*

Neckerau curtis regia ſub Carolo Craſſo Imperatore acceſſit poſſeſſionibus monaſterii Prumienſis. T. 1. p. 25.

Neuſtadt ad Hartam ibi monachi Limburgenſes a Philippo Electore Palatino habent octoginta maldra ſiliginis per annos duodecim danda ad eorum petitum ex Cellaria Electorali. T. 1. p. 154. cenſus trium maldrorum ſiliginis molendino ſuperiori inhaerens datur monaſterio uterinae vallis pro remedio animarum. T. 3. p. 315.

Neuwilre ibi bona monaſterii uterinae vallis elocantur in perpetuum pro cenſu decem maldrorum ſiliginis praeſtando in Weiſſenburg ad curiam praefati monaſterii. T. 3. p. 356. Conductores inſuper ſolvunt cenſum quatuor unciarum cum dimidia ad curiam in Matern. 358.

Niederflersheim ibi Beginae Wormatiae commorantes adquirunt cenſum annuum decem maldrorum ſiliginis in bonis conventus Monaſterienſis. T. 2. p. 114. cenſus hic, bonis his venditis, transfertur in alia. ibid.

Nierſtein jus Patronatus Eccleſiae & Capellae confirmatur monaſterio Otterburgenſi a Ludovico Bavaro Imperatore. T. 1. p. 241. 433. ſq. jus hoc monaſterium obtinuit ab Herman-

Digitized by Google

manno Domino in Hohenvels. 434. qui id tenebat in feudum ab Imperatore & Imperio. ibid. monaſterium Salſenſe ab Ottone III. Rege ſeptem manſos in villa Nerſtein obtinet. T. 2. p. 87. Prior Auguſtinianorum Alcejæ Beguinis quibusdam dat licentiam, vendendi bona ſua in Nerſthein Eccleſiæ S. Joannis Moguntiæ. T. 6. p. 5.

Nitteshcim ibi abbatiſſa monaſterii Horti S. Mariæ (Kirſchgarten) Wormatiæ bona quædam alienavit cum conſenſu Henrici abbatis Otterburgenſis. T. 1. p. 241.

Nobiles ſoli recipiebantur in Monachos monaſteriiClingenſis. T. 2. p. 45. concurſus nimium frequens Nobilium ibi hoſpitantium œconomiam deſtruxit, exhauſit reditus, diſciplinam monaſticam corrupit. ibid. hoſpitalitati hucusque conſuetæ renuntiat Comes Palatinus promittens, ſe Nobiles ab exactione hoſpitalitatis velle cohibere. 48.

Nosdorf ibi Rector Eccleſiæ Conradus dictus Stapheler monaſterio uterinæ vallis vendit omne jus, quod ei competebat in bonis, quæ dicuntur das Gehever, in terminis villæ Steinwilre. T. 3. p. 365. bona hæc cenſum præſtant Præpoſito quatuor turrium Weiſſenburgi. ibid. idem monaſterium cenſum trium maldrorum ſiliginis emptione adquirit. T. 4. p. 292.

O.

Oberheimbach ibi bona abbatiæ Otterburgenſis a Sifrido Præpoſito majore moguntino a ſervitiis immunia conſervantur. T. 1. p. 231. Plebanus in Diepach annuam penſionem duarum marcarum, & dimidiæCarratæ vini francici legat monaſterio Otterburg: in remedium animæ. 236. 397. unde piſces dandi conventui Dominica invocavit. 397. contractu hoc non ſervato reditus cedunt decano & capitulo Eccleſiæ Pinguenſis. 398. Conventus Eberbacenſis, in Ulenhuſen & Otterburgenſis ab incolis ad expenſas & ſervitia coacti liberi declarantur a Sifrido Præpoſito majori moguntino ceu Domino & advocato villæ, cum conſenſu Capituli. 337. hanc libertatem confirmavit Gerlacus archiepiſcopus moguntinus. 338.

Ochſenhauſen monaſterium vi fundationis advocatum habet illum, quem abbas conſtituerit. T. 4. p. 187.

Odensheim & Viſchelingen. ibi abbates Weiſſenburgenſis, & uterinæ vallis permutationem bonorum ineunt. T. 3. p. 408. quæ a ſucceſſoribus annullari poteſt. ibid. monaſterium uterinae vallis emptione adquirit penſionem unius maldri ſiliginis, praeſtandam in oppido Landau. T. 4. p. 312.

Oedesheim ibi cenſus duorum maldrorum ſiliginis in Landau praeſtandus venditur. T. 4. p. 274.

Offenbach jus Patronatus ab abbate Clingenſi datur Canonicis majoris Eccleſiæ Spirenſis. T. 2. p. 77. villa a Dominis de Ochſenſtein oppignoratur Diethero Camerario & Conrado Landſchad cum conſenſu abbatis Clingenſis. 80. Hugo miles de Offenbach bona ſua vendit monaſterio uterinae vallis T. 3. p. 25. curia a monaſterio eodem conceditur Abeloni militi ejusque haeredibus pro cenſu annuo. 128. bona a Praepoſito Herdenſi F. dantur eidem monaſterio ob admiſſionem fratris in monaſterium. 213. bona haec permutantur. ibid.

Offenheim ibi bona a fratribus Boſche de Uffinheim venduntur monaſterio Sion. T. 1. p. 238. 405. Eberhardus deRandecken jus Patronatus transfert in monaſterium Otterburgenſe. 240. 420. conſentit Fridericus de Leiningen ceu Dominus directus. 420. uti & Wernherus de Bolandia Praepoſitus S. Victoris qua archidiaconus 240. 421. 422. 247. vide *Moguntinus archiepiſcopus Mathias.* conſentit quoque in praefatam incorporationem capitulum moguntinum majus. 241. 432. vide *Moguntinum Capitulum. Abbas.* monaſterium Sion bona emptione adquirit a. c. dicto de Durincheim cum conſenſu Philippi de Bolanden ceu Domini directi. T. 6. p. 137. jus Patronatus controverſum Joannem de Randeck inter & Wilhelmum dictum Lettho de Alzeja, a Wernhero milite dicto Winthero de Alzeja ceu arbitro electo adjudicatur Joanni de Randeck. 138. 139.

Oppenheim villa a Carolo magno Imperatore cum om-

omni integritate tradita monaſterio Laureshamenſi. T. 5. p. 390. ſq. uti & bona ad Eccleſiam ſpectantia. 391. Thiodroch abbas Laureshamenſis Eccleſiam fundotenus erexit. 392. Patronus eſt S. Sebaſtianus Martyr. ibid. parochum nominabant Imperatores. ibid. demum Domini S. Catharinæ, cujus Eccleſia in parochialem erecta fuit a Gerardo I. archiepiſcopo moguntino. ibid. nova civitas in Oppenheim, renovatis a Richardo Rom. Rege limitibus diœceſium Moguntinæ & Wormatienſis inventa eſt eſſe diœceſeos moguntinæ. 392. 393. hæc demum S. Catharinæ Eccleſia in Collegiatam elevata eſt. 393. 394. cum conſenſu Præpoſiti Eccleſiæ S. Victoris mog. ceu archidiaconi. 394. Præpoſituræ collatio ſpectat ad Regem Rom. ibid. Plebanus è capitulo ſumitur. ibid. Præpoſitura dein capitulo adunatur per Gerlacum archiep. mogunt. 395. cum conſenſu capituli moguntini majoris. ibid. Eccleſia S. Sebaſtiani antiqua, uti & illa Franciſcanorum hodie parochialis ſita eſt in diœceſi Wormatienſi. 396. ſub archidiaconatu Præpoſiti S. Pauli. ibid. qui Jurisdictionem ſuam exercuit uſque ad Eccleſiam S. Catharinæ. ibid. quæ in parochialem erecta in nova civitate ſita demum ad Præpoſitum S. Victoris extra muros mogunt. pertinuit. ibid. vide *Capellani.*

Otterbach prædium cum aliis ab Ottone III. Rom. Rege datur monaſterio Selſenſi. T. 2. p. 88.

De Otterbach Rudegerus miles & Irmengardis ejus uxor bona in terminis civitatis Landowe dant monaſterio uterinæ vallis, ut eorum & progenitorum memoria perpetua habeatur. T. 3. p. 119. 132.

Otterburg Eccleſia in antiquo hujus nominis caſtro ad Otteram nec non beneficium Eccleſiæ cum aliis reditibus ab Henrico I. archiep. mogunt. datur Ruthardo primo Eberbacenſis monaſterii in Rhingavia abbati ad conſtruendum ibi cœnobium. T. 5. p. 212. ſq. conſentit Præpoſitus S. Victoris ceu archidiaconus. 123. Cura animarum interim datur Presbytero in Sambach. ibid. vide *moguntinus archiepiſcopus Adelbertus I. Abbas.* monaſterii Otter-

búrgenſis reditus & poſſeſſiones. 249. Eccleſiæ deſcriptio. 250. ſq. ordo Ciſtercienſis ibi introductus. 312.

De Ottersheim Resſche armiger cenſum trium maldrorum ſiliginis legat monaſterio uterinæ vallis. T. 4. p. 256.

Otterſtat ibi variæ bonorum permutationes & recompenſationes cum monaſterio ûterinæ vallis tractantur. T. 3. p. 156. ſq. Otto III. Rom. Rex monaſterio Selſenſi dat prædium in utroque Otterſtat. T. 4. p. 68. illudque liberum ab omni judiciaria poteſtate declarat. 70.

P.

Padenhuſanum monaſterium monialium (alias corona virginum) commiſſum eſt Regimini abbatis Arnsburgenſis in regularibus. 230.

Palatini Comites oppidum Mosbach in pignus obtinuerunt, quod eis confirmat Ludovicus Bavarus. T. 1. p. 17. fuere advocati monaſteriorum Lauriſſenſis & Schönaugienſis quoad bona in Scharren. T. 4. p. 43. & omnium monaſteriorum Palatinatus inferioris & ſuperioris. 102 vide *Advocatia S. Ludgeri.*

Palatinus Comes Henricus ſub finem ſæculi XII. advocatiam Eccleſiæ & civitatis Trevirenſis pro ſè & ſuis hæredibus in perpetuum reſignavit, præſtito deſuper juramento. T. 4. p. 10.

— — *Otto* reditus monaſterii Comedenſis in Diebach & Bacharach ab omni exactione vectigalis reddidit immunes. T. 5. p. 455.

— — *Rupertus I.* a Carolo IV. Imperatore facultatem obtinet, ampliandi oppidum Imperii Mosbach. T. 1. p. 18. affirmat, ſe in gratiam rediiſſe cum civitatibus Moguntina, Wormatienſi & Spirenſi, quæ cum Emichone de Leiningen bello implicatæ multum nocuerant ſubditis & monaſteriis Palatinis. 244. monaſterium Otterburgenſe denuo liberat a Teloneis. 245. eidem concedit jus paſcuæ præſertim circa Elbſteyn. 457. curiam Hilsperg ab omni exactione liberam pronuntiat in favorem ejusdem monaſterii. ibid. confirmat fundationem Collegii Carolini. T. 2. p. 174.

Palatinus Comes Rupertus junior renovat libertatem a Teloneo pro monaſterio Otterburg. T. 1. p. 245. 459. moniales S. Joannis propè Alzey liberat a ſteura pecuniaria, quam debebant in Emsheim, T. 6. p. 52.

— — *Rudolphus* Comes Palatinus de Tübingen jus advocatiæ in Blaubeurn reſignans prohibet, ne alius ibi advocatus conſtituatur. T. 4. p. 246. eidem monaſterio ob damna occaſione advocatiæ illata reſarcit. 247.

— — Rudolphus abbatiſſæ & conventui monaſterii S. Joannis extra muros civitatis Alzey dat immunitatem a decimis in remedium animarum. T. 6. p. 49. eidem dat jus lignandi innocuum in ſylva Furholtz. 50 licentiam adſumendi paſtorem pecorum. 51.

— — *Rudolphus* Wadegotienſi conventui ignoſcit factum, quod in Beckenheim contigit. T. 2. p. 120.

— — *Philippus* monaſterio Limburgenſi concedit parochias Fürth, Ergelsheim & Fendersheim. T. 1. p. 81. monaſterium eximit ab Angariis & Albergariis. ibid. controverſiam abbatem Limburgenſem inter & communitatem in Durckheim componit. 131. confirmat congruam Henrico Exabbati Limburgenſi conceſſam. 140. huic monaſterio de novo promittit advocatiam. 151. una cum Joanne Comite Palatino eidem monaſterio ad decem ulteriores annos remittit quinquaginta maldra avenæ. 211. privilegia Otterburgenſis monaſterii confirmat. 246. 484. monaſterio Wadegotienſi dat protectorium. T. 2. p. 133. uti & Præpoſituræ in Cleinbockenheim. ibid. ſuperioritatem Landvogteticam Hagenoæ poſſidens perſolvit Collegio Carolino Ingelhemii inferioris quadraginta florenos Rhenenſes. 257. varias controverſias abbatem in Waldſachſen inter & civitatem Durſenrewt finit. T. 4. p. 109. uti & eas inter Ludovicum Bavarienſem Dominum in Scharffeneck & abbatem uterinæ vallis. 447. ſq. monaſterio Herdenſi confirmat privilegia anteceſſorum. 467. & hoſpitali Brunchweiler ſuas libertates. T. 5. p. 47. conſentit in fundationem a fratre Laico ibi factam pro ani-

niverſario. 55. diſcordiam inter quasdam moniales & Philippum de Meckenheim finit. 397. decimas in Nidderwiſſen adjudicat Joanni de Morsheim. T. 6. p. 8. qui Joannes Auguſtinianis Alzejæ tenetur ſolvere ducentos viginti florenos, ob cenſum non præſtitum ijsdem. 12. monaſterio monialium ad Spiritum S. propè Altzejam confirmat privilegia anteceſſorum. 45.

Palatinus Comes Joannes controverſiam circa cenſum avenæ a monaſteriis Schwabenheim & S. Petri propè Crucenacum ſolvendum Comitibus Sylveſtribus finit. T. 5. p. 291. fundationem fratrum minorum de obſervantia ab anteceſſoribus factam Crucenaci confirmat. 356. idem cum Philippo ſtructuram monaſterii abſolvit. 359. & privilegiis donat 360. ſq.

— — *Ludovicus* domum in Schifferſtat vulgo Hundthaus obtinet a Wernhero abbate Limburgenſi. T. 1. p. 82. 167. monaſterium Schönfelt occupans, poſtquam Emicho Comes de Leiningen in bannum Imperii declaratus fuerat, id ad preces Wernheri abbatis dat monaſterio Limburgenſi. 159. 160. vineam in Ingelheim inferiore vendit præpoſito & conventui ibidem. T. 2. p. 270. a Ferdinando Rom. Rege monetur, ne Friderico de Nauſea obſtet, quin poſſeſſionem Præpoſituræ Ingelheimenſis obtineat. 284. ſq. controverſias monaſterium Herdenſe inter & Gerardum Seltin de Sauwelnheim componit. T. 4. p. 473. ſq. porro & illas inter Emichonem Comitem de Leiningen ceu advocatum monaſterii Sebach & ſcultetum in Wachenheim puncto violatæ immunitatis & jurisdictionis. T. 5. p. 72. abbati Arnſteinenſi mittit conventionem abbatiſſam Gomersheimenſem inter & magiſtratum in Odernheim concluſam, ad confirmandum. 424. cum filio ſuo Ludovico monialibus apud S. Joannem Altzejæ confirmat decimas ipſis donatas ab anteceſſoribus. T. 6. p. 47. 48.

— — *Fridericus III.* Joannem abbatem Limburgenſem coegit, ut Præpoſituram Nuenburgenſem cum omnibus attinentiis cederet Philippo Comiti de Hanau Münzen-

zenberg. T. 1. p. 83. demum omnia bona monaſterii Limburg. adminiſtratori Laico commiſit. 84. abbatiam Clingenſem in Collegium ſæculare converſam extinxit. T. 2. p. 83. uti Selſenſem. 89. Selſæ academiam equeſtrem inſtituit, cui reditus Præpoſiturarum Selſenſis & Herdenſis adſignavit. ibid. Friderico de Nauſea tandem Præpoſituræ Ingelheimenſis reditus valde exiguos concedit. 295. ſq.

— — Fridericus elocationem bonorum in Köngernheim factam ab abbatiſſa & conventu in Gommersheim ſine praeſcitu & conſenſu abbatis in Arnſtein ratam habet. T. 5. p. 411.

— — Fridericus Officiatis monaſterii Waldſachſen varias inculcat obligationes. T. 4. p. 144. 155.

— — Ludovicus Auguſtanam confeſſionem inducens Selſenſem academiam, quæ hanc doctrinam non admiſit, abrogavit. T. 2. p. 90.

Papa Alexander III. Sigehardo abbati Laureshamenſi transmittit privilegium. T. 4. p. 39. ſq.

— *Alexander IV.* monachis uterinæ vallis dat jus liberum ſepulturæ. T. 3. p. 35. ſalvis juribus parochialibus. 36. foetus animalium monaſterii aliis contractu ſocietatis traditorum a decimis eximit. 37. monachi per profeſſionem religioſam ex privilegio Alexandri non amittunt jus hæreditarium, 44. exceptis rebus feudalibus. 45. confirmat numerum octodenarium Canonicorum in Schwabenheim. T. 5. p. 134.

— *Benedictus VII.* majeſtatis imperatoriæ præcepta in favorem monaſterii Laureshamenſis data roborat authoritate apoſtolica. T. 4. p. 31.

— *Bonifacius VII.* abbati S. Caroli in nova Civitate Pragenſi confirmavit jus, conferendi Præpoſituram Ingelheimenſem. T. 2. p. 251.

— *Bonifacius IX.* fundationem, dotationem libertates &c. Collegii Carolini in Ingelheim inferiore confirmat. T. 2. p. 259.

— *Clemens III.* antipapa, anteaGilbertus deCorrigia vocatus, archiepiſcopatum Ravennatenſem obtinuerat ab Alexandro II. Papa. T. 2. p. 91. ſedem

pontificiam occupavit contra Gregorium VII. Victorem III. Urbanum II. & Paſchalem II. ibid.

Papa Clemens III. confirmat Liborii abbatis Selſenſis propoſitum, reditus certos impendendi in uſus peregrinorum& pauperum. T.6. p. 172.

— *Clemens IV.* monaſterio uterinæ vallis confirmat advocatiam in Spehtesbach ab Henrico Imperatore reſignatam. T. 3. p. 50. uti & donationem eidem monaſterio factam. 51. demum compoſitionem initam cum villanis de Gotramſtein & Nusdorf circa uſum fructum ſylvae dictae Almeinde. 53.

— *Clemens VI.* Parochiam in Schweighuſen incorporavit monaſterio Selſenſi. T. 6. p. 189. ſq.

— *Eugenius III.* poſſeſſiones monaſterii uterinæ vallis confirmat. T. 3. p. 30. ex hoc diplomate Pontificio corrigitur Chronologia abbatum prædicti monaſterii. 32.

— *Eugenius IV.* monaſterium monialium S. Petri Crucenaci incorporat monaſterio Schwabenheimenſi. T. 5. p. 339.

— *Gregorius IX.* confirmat numerum octodenarium Canonicorum in Schwabenheim. T. 5. p. 130. monaſterio Salſenſi poſſeſſiones. T. 6. p. 174.

— *Gregorius X.* monaſterio uterinæ vallis confirmat poſſeſſionem Grangiæ in Loyben, paſcua in Viſchbach, & agros in Herboltesberge. T. 3. p. 77.

— *Gregorius XI.* indulgentias concedit ſubvenientibus ſtructuræ Eccleſiæ in Schwabenheim. T. 5. p. 177.

— *Honorius II.* fundationem monaſterii Denckendorf fratrum S. Sepulchri confirmans Præpoſito liberam dat poteſtatem eligendi advocatum cum fratrum conſilio. T. 4. p. 191.

— *Honorius III.* poſſeſſiones & jura monaſterii Schwabenheimenſis confirmat. T. 5. p. 129. bona monialium S. Petri Crucenaci in protectionem ſuſcipit. 316.

— *Innocentius II.* monaſterium Herdenſe confirmat & eximit. T. 4. p. 460.

— *Innocentius III.* monaſterium Otterburgenſe in protectionem ſuſcipit & pri-

Digitized by Google

privilegiis ornat. T. 1. p. 220. 265. uti & Sebacenſe. T. 5. p. 82.

Papa Innocentius IV. archiepiſcopo moguntino ejusque ſuffraganeis injungit protectionem monaſterii uterinæ vallis contra malefactores. T. 3. p. 18. ſq. compoſitionem ſuper decimis in Grinbach, Grangiæ de Leyben, & paſcuis curiæ Viſchbach &c. initam inter abbates Horbacenſem & uterinæ vallis, porro ſuper manſis, paſcuis & aliis rebus inter eosdem concluſam confirmat. 20. 22. 24. ad inſtantiam dapiferi de Altzeja Præpoſito in Schwabenheim dat facultatem, confirmandi donationem Eccleſiæ Spiesheim monaſterio Sion factam a Nobilibus de Lewenſtein. T. 6. p. 105. 107. 108. 118.

— *Innocentius VI.* confirmat jura & poſſeſſiones monaſterii Schwabenheim. T. 5. p. 153. ejusdem monaſterii judicem & conſervatorem jurium conſtituit Petrum Roſenberg cantorem Eccleſiæ S. Joannis moguntiae, 194. ſq.

— *Innocentius VIII.* ad inſtantiam Philippi Comitis Palatini annuit precibus abbatis & monachorum Clingenſium, qui ſaecularisationem petebant. T. 2. p. 7. 44.

— *Joannes XVI.* privilegia abbatiae Selſenſis confirmat. T. 2. p. 88.

— *Joannes XXI.* hoſpitale in Brunchweiler ſuscipit in protectionem apoſtolicam. T. 5. p. 34.

— *Joannes XXIII.* conſirmat privilegia & poſſeſſiones Collegii Carolini in Ingelheim inferiore. T. 2. p. 262.

— *Julius III.* ſub Friderico II. Electore Palatino reſiduos Lixheimenſis monaſterii proventus Collegio ſapientiae Heidelbergae univit. T. 2. p. 103.

— *Leo X.* diſcordias inter monaſteria Auguſtinianorum conventualia & reformata finit. T. 6. p. 14. ſq.

— *Nicolaus IV.* parochiam Weidenthale incorporat Coenobio Limburgenſi. T. 1. p. 65.

— *Sylveſter II.* primus inter Gallos Papa. T. 2. p. 91. archiepiſcopatu Remenſi privatus hic Gerbertus (quem poſt depoſitionem Arnulphi obtinuerat) Ottonem Imperatorem adiit, cujus favore

re Pontificatum obtinuit. ibid. libertatem monaſterii Laureshamenſis ſtabilivit. T. 4. p. 36.

Papa Urbanus IV. ſententiam excommunicationis latam in mulieres quasdam religioſas Spirenſis dioeceſeos confirmat, ejusque executionem committit abbati monaſterii de Wernivilerio Metenſis dioeceſeos. T. 3. p. 46. ſententiam hanc ſibi cauſarunt ob oratorium & officinas in confiniis monaſterii uterinae vallis erecta. ibid.

— *Urbanus V.* monaſterium Schwabenheimenſe in protectionem ſuſcipit. T. 5. p. 160.

Ad Paradiſum monaſterium Virginum villae Mauchenheim contiguum. T. 6. p. 103. ſq.

Parochiani monaſterii Comedenſis ex mandato Joannis Comitis Palatini de quavis domo quotannis dent monaſterio panem unum & quartale Avenae T. 5. p. 459.

Parochus Heldenbergenſis praeſentatur a Capitulo majori moguntino Abbati Limburgenſi. T. 1. p. 111. praeſentatus in ſignum recognitionis accepti beneficii ab abbate conſenſum poſtulet. ibid. demum cum litteris abbatis praeſentatur archidiacono pro obtinenda cura animarum ibid. congrua eidem danda. 112. parochus in Neunkirchen compoſitionem init cum monaſterio Otterburgenſi ratione avenae Holzhaber dictae. 246. 479. parochus hic Ulricus Profeſſus in Enckenbach pro avena per ſex annos non praeſtita dat ſex anſeres. 479. Parochus Eccleſiae S. Sebaſtiani in Oppenheim nominabatur ab Imperatore. T. 5. p. 392. vide *Oppenheim.*

Paſcuae jus in Waltmarcke & Brand competit monaſterio Otterburgenſi, glandes tamen ſine licentia non tangant. T. 1. p. 277. idem monaſterium a Rudolpho Comite Palatino habet jus paſcuae circa Elbſtein. 400. idem concedit Rupertus Comes Palatinus. 457. Communitates Balborn, Melingen & Neunkirchen habent jus paſcuae in ſylvis monaſterii Otterburg., excluſis animalibus ſylvae nocivis. 496. ſq. curia Schweinheim monaſterio Herdenſi propria habet jus

jus paſcuae in Breitwald. T. 4. p. 465. 466. idem monaſterium ab Alberto I. Rom. Rege obtinet hoc Jus in terminis villae Bellenheim & in nemore Junckholz. ibid. jus hoc confirmant Rudolphus & Rupertus Comites Palatini. 469. lis circa jus paſcuæ Schwabenhemii Priorem inter & incolas dirimitur. T. 5. p. 281. ſq.

Paterniacenſe monaſterium ab Ottone III. Rom. Rege in tuitionem recipitur. T. p. 63. a Conrado II. facultatem obtinet eligendi advocatum. 184. fundatum eſt a Bertha Regina. 195. ejus ſitus. ibid. monachi libere eligunt abbatem. ibid. per quinquennium ad Limina Apoſtolorum ſolvant decem ſolidos pro Luminaribus ex diſpoſitione fundatricis. ibid. habeantque Romani Pontificis defenſionem. 196. monachi nec familiæ fundatricis nec Regiæ poteſtatis jugo ſint ſubjecti &c. ibid.

S. Petri monaſterium monialium Crucenaci a Conrado I. archiep. mogunt. obtinet facultatem eligendi Præpoſitum. T. 5. p. 311. vide *moguntinus archiepiſcopus Conradus I. Papa Honorius III.* reditus ſacerdotis ibi celebrantis. 318. ſq. vide *Advocatia Baſileenſis ſynodus. Papa Eugenius IV.* hujus monaſterii reditus tempore, quo eſt penitus ſuppreſſum. 344. vide *Beginæ.*

Petrishuſenſe monaſterium a Gebhardo Epiſcopo Conſtantienſi conſtructum & dedicatum ſub defenſione Romanorum Pontificum in perpetuum conſiſtat. T. 4. p. 196. vide *Advocatus. Abbas.*

Piſcandi jus in valle Limburgenſi à Comitibus de Leiningen læſum adjudicatur monaſterio Limburgenſi. T. 1. p. 176. idem jus prope Hartenberg controverſum inter easdem partes judici ordinario decidendum relinquitur. 177. idem jus in rivo Nutzbach civibus in Durſenrewt conceditur. T. 4. p. 116. ſine damno tamen abbatis in Waldſachſen, in piſcina propria. ibid. jus hoc monaſterium Herdenſe inter & communitatem loci controverſum determinatur a Ruperto ſeniore Comite Palatino. 470. ſq. idem jus in Harthuſen communiter ſpectat ad Epiſcopum Spirenſem & moniales in Heilsbruck. T. 5. p. 98.

Piſtrinum. vide *Cuſtodia Eccleſiæ Schwabenheim.*

Plauſtrum lignorum dictorum Gerten ab abbate uterinæ vallis datur quotannis ex rubis in Metersheim conductoribus areæ in Schwebechenheim. T. 4. p. 326.

Plebani idonei a collegiata Clingenſi præficiantur parochiis Wolmsheim & Serfelingen fabricæ incorpoporatis. T. 2. p. 73. vide *Congrua.* plebanus Eccleſiæ S. Martini ſub Cropfesberc bona ſua dat monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 137. Rudolphi plebani in Bebingen ultima diſpoſitio. 446. ſq. plebanus in Annewilre convenit cum abbate uterinæ vallis ratione congruæ. T. 4. p. 292. Plebanus & altariſtæ Alzejæ ad quid teneantur ob reditus monaſterii Himmelgarten ipſis authoritate apoſtolica diſtributos? T. 6. p. 60. ſq.

Pons Lapideus Sæculo *XIV.* a Simone III. Comite Spanheimenſi Navæ impoſitus utramque Civitatem Crucenacenſem novam & veterem nexu felici conjungit. T. 5. p. 324.

F. Prædicatores domus Spirenſis obtinent legatum unius libræ Hallenſium ad refectionem. T. 3. p. 303.

Præpoſitura in Cleinbockenheim ad monaſterium Wadegotienſe ſpectans a Philippo Electore Palatino in protectionem ſuſcipitur. T. 2. p. 133. Abbas idcirco ex hac Præpoſitura quot annis bis dabit duos currus ad ſervitia in Castello Alzey. ibid. inſuper maldrum piſorum bonorum. 134.

— *Clingenſis* dimittitur a Roberto Comite Palatino ad Cathedram Epiſcopalem Ratisbonenſem evecto. T. 2. p. 82. cui ſucceſſit Joannes Comes Palatinus Philippi Electoris filius junior. ibid. qui ſimiliter ad eundem Epiſcopatum vocatus eſt. 83.

— *Enckenbacenſis* una cum cluſa in Fiſchbach pertinuit ad monaſterium Otterburgenſe, occupata fuit tempore reformationis. T. 5. p. 5. harum reditus. ibid.

— *Ingelheimenſis* per reſignationem Simonis Præpoſiti vacans confertur a Valentino abbate monaſterii S. Caroli in nova civitate PragenſiCan. regul. S. Auguſtini. T. 2. p. 250.

jus

jus collationis a primo fundatore Carolo IV. Imperatore huic abbati conceſſum, & a Bonifacio VII. confirmatum eſt. 251. a Ferdinando Rom. Rege confertur Friderico de Nauſea Epiſcopo Viennenſi. 273. rationes motivæ hujus collationis contra intentionem fundatoris. 274. ſq. ejus reditus. 403. ſq. onera. 435. ſq. inventarium ſuper ea, quæ ad Præpoſituram & Eccleſiam ſpectant. 453. præpoſitura cum reditibus occupata anno (1576) 462.

Præpoſitura Nuenburgenſis in Wetteravia, quam Henricus III. Imperator Spirenſi Epiſcopatui in perpetuum tradiderat, a Gunthero Spirenſi Epiſcopo datur monaſterio Limburgenſi eo fine, ut ibi ſervitium divinum reſtituatur. T. 1. p. 57. 91. hanc donationem ſalvo jure Metropolitani confirmat Henricus I. Archiep. mogunt. 58. 93. Theodericus abbas Limburgenſis Vaſallo concedit facultatem, vendendi decimas in Keuchen Præpoſituræ Nuenburgenſi. 66. Joannes de Bingenheim abbas Limburgenſis à Friderico III. Electore Palatino coactus eſt, Præpoſituram hanc cum omnibus attinentiis cedere Philippo Comiti de Hanau Münzenberg. 83. nec licuit ibi recipere eos, qui ad vitam monachalem aſpirabant. 84.

— *Odernheimenſis* pertinet ad monaſterium Otterburg. & fixos habet reditus a Palatino occupatos. T. 5. p. 7.

— *Schwabenheimenſis* tempore reformationis derelicta tandem ab Antonio Ignatio Martels ex ſtudio Cluſano, reſtauratore Canonicorum regularium regenda ſuſcipitur. T. 5. p. 308. collapſa diſciplina regulari Adolphus archiepiſcopus moguntinus reſignationem Præpoſituræ ab Andrea de Waldertheim ultimo Præpoſito cum conſenſu fratrum adhuc extantium factam admiſit, & monaſterium cum omnibus annexis ſubjecit Capitulo generali in Windesheim trajectenſis dioeceſeos. 229. 230. nomen Præpoſiti in illud Prioris mutatum. 230.

Præpoſituræ Cellarum monaſterii Laureshamenſis & obedientiæ nonniſi monachis capituli committantur. T. 4. p. 42.

Præ-

Præpoſitus Clingenſis Collegiatæ a Capitulo eligitur. T. 2. p. 55. ab archiepiſcopo moguntino confirmatur. ibid. ipſus confirmat decanum, cuſtodem, & cantorem a Capitulo electos. ibid. neo-electus infra bimeſtre petat confirmationem. 64. Eucharius de Weingarten abbatum Clingenſium ultimus factus eſt primus novæ Collegiatæ Præpoſitus. 82.

— Comedenſis Parthenonis libere eligetur & communi conſilio abbatiſſæ & conventus monaſterii negotia tractet. T. 5. p. 453.

— in Denckendorf ab Honorio II. Papa liberam obtinet facultatem eligendi advocatum cum conſilio fratrum. T. 4. p. 191.

— *Herdenſis* Jacobus qua Teſtamentarius Jutdæ filiæ Gerardi militis de Musbach atteſtatur, Jutdam Ulrico de Ingenheim monacho uterinæ vallis legaſſe cenſum unius libræ Hallenſium. T. 4. p. 300. plures Præpoſitos vide T. 4. p. 475. ſqq. Præpoſitus a fratribus canonice electus Epiſcopo Spirenſi non præſtat homagium, ſed tantum ab eo curam ſuſcipit. 463. qua Patronus conſentit in fundationem & inveſtituram altaris S. Genovevæ in Eccleſia S. Ægidii Spiræ. 466.

— *Ingelheimenſis* Collegii Carolini Mauritius ejusque ſucceſſores creantur in perpetuos aulæ cæſareæ Eleemoſynarios. T. 2. p. 187. ſq. ab abbate monaſterii S. Caroli in nova civitate Pragenſi nominatus eſt revocabilis. 251. vide *Præpoſitura. Palatinus Comes Ludovicus.*

— *Lutrenſis* Macario abbati Limburgenſi concedit Eccleſiam parochialem in oppido Wachenheim, qui de conſenſu Comitis Palatini ibi monaſterium ædificare cogitavit. T. 1. p. 80. cum ſuo Conventu ord. præmonſtrat. profitetur, ſe vidiſſe protectorium Friderici Regis Eccleſiæ Wadegotienſi datum. T. 2. p. 113.

— *Moguntinus* major Wernherus cum capitulo conſentit, ut parochiæ Hackenheim & Schemesheim donarentur conventui Eccleſiæ in Schwabenheim. T. 5. p. 135. Præpoſitus qua archidiaconus conſentit in donationem Eccleſiæ Spiesheim fac-

tam

tam monaſterio Sion. T. p. 110.

Præpoſitus Montis S. Georgii Philippus de Harrecort a Ludovico Comite Palatino quot.annis obtinet centum triginta florenos ad dies vitæ. T. 2. p. 135.

— *omnium ſanctorum* Spiræ conſtitutus eſt protector monaſterii Pontis ſalutis ſive Heilsbruck. T. 5. p. 98.

— quatuor Turrium Weiſſenburgi habet cenſum unius ſolidi denariorum in Steinwilre. T. 3. p. 365.

— *Schwabenheimenſis* habet jus Patronatus beneficii a Symone Stelin milite de Bonnheim fundati in Eccleſia Schwabenheimenſi. T. 5. p. 149. cujus negligentiam in beneficii collatione ſupplet abbas S. Diſibodi. 150. vide *decimæ in Hackenheim.* Gerardus de Mauchenheim cum conventu vendit cenſum ad altare S. Mariæ Magdalenæ in parochiali Eccleſia Crucenacenſi. 218. Andreas de Waldertheim ultimus Præpoſitus reſignat Præpoſituram cum conſenſu fratrum adhuc extantium. 229. 230. Præpoſitos vide p. 303. ſq. Præpoſitus Hugonem Presbyterum ad Eccleſiam in Spiesheim præſentatum a monialibus in Sion confirmat & inveſtit authoritate apoſtolica, T. 6. p. 118. ſq.

— *Spirenſis* Henricus abbatiæ Selſenſi duas curias in Steinweiler & Caule vendidit. T. 2. p. 89.

— *Ugesbergenſis* Apollo de Vilbel evaſit abbas Limburgenſis. T. 1. p. 82.

— *S. Victoris* Moguntiæ Conradus Hinderbach quà archidaconus profitetur, Eccleſias parochiales in villis Offenheim & Alſenzbruck monaſterio Otterburgenſi ex indultu ſedis apoſtolicæ eſſe incorporatas. T. 1. p. 247.

— Wernherus de Bolandia conſentit in elevationem Eccleſiæ S. Catharinæ Oppenhemii ad collegiatam, reſervatis juribus. T. 5. p. 394.

— *Wormatienſis* cum aliis arbitris pronuntiat, circa ſylvam Waldmarck inſiſtendum eſſe documentis Otterburgenſis monaſterii. T. 1. p. 243.

Precaria unius amæ vini in terminis villæ Didensheim venditur Walthero Phy-

Phyſico Spirenſi. T. 4. p. 263.

Prior Schwabenheimenſis Adamus de Neuſs expulſis per novatores canonicis ad monaſterium Marienthal in Rhingavia diſceſſit. T. 5. p. 307.

Prioriſſa & Conventus monaſterii ultra lutum Leporis cenſum domui juxta fontem apud omnes ſanctos inhærentem vendunt monaſterio uterinae vallis, quod cenſum debebat. T. 4. p. 340.

Provinciarum diviſio apud veteres. T. 1. p. 19.

Prumienſe monaſterium. vide *Neckerau.* a Carolo M. privilegium immunitatis obtinet. T. 4. p. 50.

Q.

Queicheim villa, ibi monaſterium uterinae vallis obtinet tria jugera agrorum cum dimidio ob ſalutem animae & beneficia percepta. T. 3. p. 254. idem monaſterium concambio adquirit bona litigioſa. 276. ibidem ulteriora bona dono accipit, reſervato benefactoribus cenſu ad dies vitae. 313. 315.

R.

Ramesbach ibi monaſterium uterinae vallis cenſum decem ſolidorum Hallenſium emptione adquirit. T. 3. p. 471.

De Randeck Joannes circa bona in Gundersheim & Onesheim abbatem de Otterburg inter & Heilmannum Zimmerer litigioſa arbitrium dicit. T. 1. p. 237. 400. coarbitri fuere Eberhardus Comes de Katzenelenbogen & conſules in Oppenheim. 401.

Ratisbona ibi Eccleſia S. Emmerani juxta muros civitatis immunitatis confirmationem obtinet a Carolo M. T. 4. p. 45. ſq. quam confirmationem repetit Ludovicus pius. 47. Eccleſia haec Cathedram Epiſcopalem praetendebat, uti illa S. Stephani in civitate. ibid. aſt Carolus M. cum authoritate Leonis Papae deſtruxit Cathedram juxta muros, & in civitatem ſtatuit cum conſenſu Adalwini Epiſcopi ejusdem civitatis. ibid. Ratisbonenſis Epiſcopus, cui Ludovicus Rex monaſterium S. Emmerani regendum commiſerat, huic nullam audeat

deat inferre violentiam. 49.

Ravengirsburg monaſterium neo-fundatum facultatem a Sifrido I. archiep. mogunt. obtinet, eligendi Praepoſitum & advocatum queis demum ipſus curam Regiminis committet. T. 4. p. 186. inter loca fundationis obtinuit quoque urbem & Eccleſiam in Alceja cum dote & decimis. T. 6. p. 4.

De Regensberg Lutoldus. vide *Einſidlenſe monaſterium.*

Rehtenbach ibi cenſus novem librarum & decem ſolidorum Hallenſium vineis inhaerens, ad monaſterium uterinae vallis ſpectans pignoribus munitur. T. 4. p. 423.

Reinsheim ibi monaſterium uterinae vallis penſionem unius maldri ſiliginis cum dimidio emptione adquirit. T. 4. p. 335.

Reliquiæ pro Eccleſia Clingenſi Dagoberto I. francorum Regi mittuntur a Pontifice Romano. T. 2. p. 13. corpus S. Theoduli Martyris ad altare Principale S. Michaelis collocatum fuit. 14.

Remenſis archiepiſcopus Gerbertus Arnulpho in ſynodo habita apud Baſolum prope Remos depoſito ſuffectus eſt. vide *Papa Sylveſter II.*

Rhingravius Sifridus cum conſenſu hæredum abbatiſſæ & conventui monialium S. Petri Crucenaci advocatiam, omneque jus, quod habuit in monaſterium & in bona villæ wylre vendit pro ſexcentis libris Hallenſium. T. 5. p. 324. ſq. advocatia manet redimibilis. 325. vide *Advocatia.*

Richenbach monaſterium Conradum militem de Nunekke ſibi conſtituit advocatum. T. 4. p. 194. vide *Advocatia.*

De Riethberc Hermannus prædia in Offenbach & Altheim cum conſenſu familiæ ſuæ vendit Ludolfo abbati uterinæ vallis. T. 3. p. 39.

Ripuarii & Salii duo populi in Francorum Republica. T. 1. p. 29.

Rodenkirchenſe monaſterium ord. præmonſtrat. a Philippo Comite Naſſovio-Saræpontano ceu advocato damna paſſum alium petit & obtinet advocatum. T. 4. p. 248. 250.

vide

vide *Abbas Rodenkirch. Mathias.*

Romanorum Dux magontiacenſis quales ſub ſe habuerit præfectos militum. T. 1. p. 22.

Rorbach curia monaſterii Otterburgenſis a Wernhero dicto Colbo de Wartenberg obtinet jus paſcuae & lignandi in Waldmarcka & Brando. T. 1. p. 230. 324. Scabini Eccleſiae Rorbach ſub juramento tenentur manifeſtare praefato monaſterio omnia jura & emolumenta ſylvis Waldmarcka & Brando annexa. 343.

Roſenthal monaſterium a Sifrido III. archiep. mogunt. obtinet confirmationem Eccleſiae in Gillenheim, quam dono acceperat. T. 6. p. 106.

De Rudinsheim Fridericus cum conjuge ſua duabus filiabus in monaſterio S. Catharinae monialibus adſignat cenſus Crucenaci annuos in pecunia & frumento. T. 5. p. 371. poſt earum obitum cenſus revertuntur ad familiam. 372.

S. Ruperti parthenon propè Pinguiam. vide *Advocatia.*

Ruprechtseck caſtrum a Friderico Comite Palatino occupatum contra Ludovicum nigrum Bavariae ducem. *T.* 1. p. 69.

Rusbach ibi monaſterium uterinae vallis cenſum emptione adquirit. *T.* 3. p. 431.

S.

Sacellum fratrum de monte Carmelo Francofurti primum a Theodorico Veronenſi Epiſcopo vice archiepiſcopi moguntini conſecratum. *T.* 1. p. 229.

Salici tandem omnes appellabantur Franci. *T.* 1. p. 29. ſubacta a Francis Gallia Salii fuere aulici. ibid. demum francorum Nobiliſſimi. ibid.

Salina. vide *Brethe.*

Salza (Saliſa) rivus vulgo Seltzbach Alſatiae limes è Voſago ſcaturiens Saletioni oppido nomen indidit. *T.* 2. p. 83.

De Sauwelnheim Agnes & Dorothea ſorores & moniales in Gommersheim filiae Friderici Hundt de Sauwelnheim renuntiant haereditati ulteriori ob dotem ſibi datam. *T.* 5. p. 421. excepto caſu, quo hae-

haeredes alii non exiſterent. 422.

Saxoniæ dux Rudolphus archimareſchallus Imperii conſentit in fundationem Collegii Carolini in Ingelheim inferiore factam a Carolo IV. *T.* 2. p. 175. Saxoniae duces ab initio fuere advocati monaſterii S. Ludgeri. *T.* 4. p. 155. Lotharius, qui Imperator evaſit, ab abbatibus in Werden nominatur advocatus Ludgerianus. ibid. vide *Advocatia.*

Scapulare retineant monachi Clingenſes habitum clericis ſæcularibus competentem aſſumentes poſt ſæculariſationem. *T.* 2. p. 61.

Scaremanni monaſterii S. Maximini (villarum judices) non ſunt ſub poteſtate advocatorum. *T.* 4. p. 210.

Scharffeneck dominatus Ludovici Bavarienſis, in quo monaſterium uterinae vallis bona in futurum ſibi adquirens, haec poſſideat cum oneribus annexis. *T.* 4. p. 451. de jam adquiſitis probet Ludovicus, quaenam non ſint immunia ab oneribus civilibus. ibid. abbas paefati monaſterii ſuis ſumptibus transportari curet quotannis carratam vini uſque Scharffeneck. ibid. jus venandi eidem interim ſalvum maneat. 452.

De Scharpſeneck Henricus miles jus ad vineas in Franckenwilre monaſterio uterinae vallis donatas, quod praetendunt haeredes benefactoris defuncti, pro certa ſumma pecuniae ſibi comparat. 178. informatus de jure proprietatis ad monaſterium ſpectantis renuntiat juri praetenſo injuſto & invalido, ac ſe ad damnum reſarciendum offert. 179. 180.

Scheide ibi bona in perpetuum elocantur pro cenſu annuo. *T.* 3. 125. ſq. cenſus varii monaſterio uterinae vallis reſignantur a Campanario. 204. cenſum ibidem adquirit idem monaſterium. 409.

Schillingus aequivalet duodecim Pfenning. *T.* 1. p. 497.

Schiverſtatt bona monaſterii uterinae vallis elocantur Dymaro & Agneti ejus uxori pro cenſu annuo ad dies vitae. *T.* 3. p.

p. 28. pars ſuperſtes in ſolo viduitatis ſtatu bona retinet ad dies vitæ. 29. bona eidem monaſterio dantur in remedium animarum. 295. idem monasterium duas areas in perpetuum elocat pro cenſu annuo duarum librarum Hallenſium. T. 4. p. 395. conductor tenetur ſuis ſumptibus ædificare domum octo trabes (Geſperre) habentem. 396.

De Schiverſtatt Waltherus juvenis filius quondam Dymari militis deSchiverſtatt bona ſua donat monaſterio uterinæ vallis cum conſenſu Patrui. T. 3. p. 66. uti & bona in Wachenheim. 79. in monaſterio, quamdiu voluerit, commorans gaudet præbenda, quæ uni monacho dari conſuevit. 80. inſuper obtinet quotannis quinque ulnas griſei panni, caligas & calceos, quibus eget, & viginti modios ſiliginis ibid. extra monaſterium degens quotannis habet triginta modios ſiliginis ad dies vitæ. ibid. 135. 136.

Schönaugienſe monaſterium diœceſeos Wormatienſis a Rudhardo monacho Clarævallenſi efformatum. T. 1. p. 216. vide *advocatia* de *Lurenburg.*

Schönfelt monaſterium prope Dürckheim abbatiæ Limburgenſi incorporatum. T. 1. p. 69. eidem abbatiæ reſtitutum. 82. monaſterium hoc ab Emichone de Leiningen poſſeſſum, occupatur a Ludovico Comite Palatino. 159. illud ad preces Wernheri abbatis Limburgenſis, reſtituit abbatiæ Limburgenſi ob damna ab Emichone perpeſſa. 160. 163. ſervitium divinum ibi reſtaurandum. 160. ſervitutes bonis hujus monaſterii annexæ remittuntur Limburgenſibus. ibid. monaſterium hoc ſi fors reſtituatur Leiningenſibus, expenſæ refundendæ ſunt monaſterio Limburgenſi. 164.

Schornsheim monaſterium ſanctimonialium ordinis S. Benedicti antiquiſſimum in dioeceſi moguntina. T. 2. p. 136. temporum injuriis vix non penitus conſumptum. 141. alias ibi ordo religioſus extitit ſervorum B. M. Virginis a ſeptem viris Nobilibus-florentinis inductus, qui regulam S. Auguſtini cum nigra veſte

ab

ab archiepiſcopo accepe-runt ibid. monaſterium hoc ex Eleemoſynis erectum a Carolo IV. Imperatore libertatum confirmationem obtinuit. 142. Prior Jacobus Antz ſucceſſorem ſibi nominat Adammen de Vach, qui tamen nonniſi poſt obitum ejus ſe immiſceat regimini monaſterii. 145. teſtes hujus nominationis. 146.

Schutzhaber in Damheim remittitur monaſterio uterinæ vallis ab Emichone Comite de Leiningen & univerſitate civitatis Landowe. T. 3. p. 140.

Schwabenheim monaſterium ab Eberhardo Comite de Spanheim & Hedewige ejus matre fundatum, a Meginhardo Comite de Spanheim traditur beato Martino in remedium animæ. T. 4. p. 170. T. 5. p. 126. ita tamen ut ibi fratres ſecundum regulam S. Auguſtini degentes ordinarentur. ibid. vide *Advocatus*. dicitur Pfaffenſchwabenheim, & ſic diſtinguitur a Sauerſchwabenheim, ſpectante ad monaſterium S. Maximini Treviris. T. 5. p. 126. Adelbertus I. archiepiſ. mogunt., cui hæc fundatio & monachorum inſtitutio oblata eſt, fratribus dat liberam facultatem eligendi ſibi Patrem. 127. parochia loci uni fratrum concredatur. ibid. fratres obtinent facultatem prædicandi, baptizandi, ſepeliendi. 128. ſoli archiepiſcopo ſunt ſubjecti. ibid. qui eos a Cathedratici ſolutione liberos pronuntiat. ibidem. vide *Advocatia*. Papa *Honorius III. Gregorius IX. Hackenheim. indulgentiæ.* monaſterium Capitulo majori moguntino dat quotannis ſex libras bonæ ceræ ad feſtum dedicationis ob conſenſum præſtitum in incorporationem parochiarum Hackenheim & Schemesheim. 135. vide *Cuſtodia. Sprendlingen.* monaſterium a Sifrido Ringravio obtinet decimam de quinque quartalibus vineæ in Baſenheym in animæ remedium. T. 5. p. 139. ex bonis in Blytersheim quotannis dat triginta quatuor maldra ſiliginis Dominæ Metze de Dypach ejusque hæredibus. 140. propter urgentem neceſſitatem vendit duas curias in Boſenheim & Bleinich cum bonis annexis

nexis armigero de Bonnenheym dicto Waltmann. 141. reluitio eſt reſervata ad octo annos. 142. vide *Blittersheim. Præpoſitus Schwabenheiheimenſis. Papa Innocentius VI. indulgentiæ. Urbanus V. decimæ. Bleinich. Papa Gregorius IX.* Cantor Eccleſiæ S. Joannis Moguntiæ Petrus Roſenberg ab Innocentio VI. Papa conſtituitur judex & conſervator jurium & privilegiorum Eccleſiæ Schwabenheimenſis. 194. ſeq. monaſterii monialium S. Petri prope Crucenacum quoad diſciplinam collapſi hæres eſt monaſterium Schwabenheim ex diſpoſitione Adolphi archiepiſcopi moguntini. 227. ejusdem archiepiſcopi querela ſuper collapſa regulari diſciplina in Schwabenheim. 228. vide *Moguntinus archiepiſcopus Adolphus.* dies dedicationis Eccleſiæ a Sifrido Epiſcopo Cyrenenſi, profeſſore Theologiæ & Adolphi archiep. moguntini vicario in Pontificalibus transfertur in Dominicam infra menſem octobris. 233. Prior & conventus agnoſcunt debitum, quo Eccleſiæ S. Joannis apud Sprendelingen obligati ſunt. 234. beneficium ad altare S. Joannis Schwabenhemii incorporandum conventui recens introducto cum conſenſu abbatis Diſibodenbergenſis. 239. 258. dimidia carrata vini annuè praeſtanda a Priore & Conventu venditur Joanni de Ingelheim beneſiciato monaſterii S. Antonii in Grünenberg pro centum florenis. 240. cenſus hic eſt redimibilis. 245. cenſus quatuordecim maldrorum ſiliginis monaſterio monialium in monte S. Ruperti a conventu Schwabenheimenſi praeſtandus transfertur quoad duodecim maldra in monaſterium S. Diſibodi. 246. 248. vide *Anniverſarium.* altare S. Nicolai in Bonheym incorporatur monaſterio. 259. ejus reditus. 263. Capellano adhuc viventi & reſignanti adſignantur octo maldra ſiliginis ad dies vitae. 265. Prior & conventus ſe obligant ad cenſum viginti ſex maldrorum ſiliginis & trium florenorum, quem Fridericus de Lewenſtein legavit in ſublevamen pauperum in Drechtingshauſen, acceptis idcirco quadringentis florenis a testa-

tamentariis. 271. ſq. 274. hac ſumma redimunt cenſum quadraginta trium maldrorum ſiliginis Crucenaci olim a Praepoſito oppignoratum. 275. lis circa paſcua cum incolis finitur. 281. ſq. vide *Decanus S. Martini.* Joannes Brendel de Hoenburg Canonicus major moguntinus & officiatus in Bingen controverſiam ſuper cenſu domui monaſterii Schwabenheim annexo finivit. 289. aliam controverſiam ejusdem monaſterii circa cenſum avenae comitibus ſylveſtribus de Duna præſtandum decidit Joannes Comes Palatinus. 291. ſq. magnus perſonarum numerus extiterat in hoc monaſterio anno 1521. 296. idem monaſterium cenſum diſibodenſi monaſterio oppignoratum reluit. 299. ejus redditus. 303. Præpoſiti & Priores. 303. ſq. in enato ruſticorum bello ad ultimas vix non incitas redactum eſt ſub Priore Adamo de Raunen. 306. vide *Prior Præpoſitura. Præpoſitus.*

Schwabenwilre ibi monaſterium uterinæ vallis obtinet reditus bladi quoad duas partes. T. 3. p. 205.

Schwartzacenſe monaſterium a Conrado II. Imperatore datur Reginhario Spirenſi Epiſcopo ea conditione, ut Epiſcopus ſit perpetuus defenſor & adjutor abbatiæ Limburgenſis. T. 1. p. 31. 32. ſitus hujus monaſterii. 31. Adolphus Rom. Rex jubet, ut advocati & officiati imperii per Alſatiam & Spiraugiam conſtituti, præſertim advocatus in Selze & Scultetus in Hagenau monaſterium hoc, quod ipſus in protectionem ſuſcepit, non ſinant moleſtari a quacunque perſona. T. 4. p. 99. idem agit Albertus Rom. Rex. 100.

Schwabechenheim ibi manſus unus a Stephano Clingenſi abbate datur Ortolibo abbati uterinæ vallis ſub annuo cenſu duorum denariorum. T. 2. p. 4. inſuper duo manſi. 76. area cum bonis annexis a Camerario monaſterii uterinæ vallis elocatur pro medietate fructuum. T. 4. p. 324. exceptis fructibus arborum. 325. conductores tenentur ſuper area conſtruere domum & horreum; in ſubſidium ad hoc Camerarius confert quinque libras Hal-

Hallenſium. ibidem. vide *plauſtrum lignorum.*

Schweighuſen Eccleſia parochialis monaſterio Selſenſi incorporatur a Clemente VI. Papa. T. 6. p. 189. ſq. jus Patronatus jam ſpectaverat ad monaſterium. 190. vide *Congrua.*

Sebacenſe monaſterium a Godefrido Spirenſi Epiſcopo obtinet conſtitutiones. T. 1. p. 59. privilegiorum confirmationem. ibid. jus ſepulturæ, & liberam magiſtræ electionem. ibid. T. 5. p. 56. electæ abbati Limburgenſi præſentatæ abbas committit curam Regiminis. ibid. hujus Parthenonis ord. S. Benedicti ſitus. T. 5. p. 56. vide *Abbas Limburgenſis. Clauſura.* officium divinum celebretur a Religioſo, quem abbas de ſuo conventu dignum judicaverit. 59. Maximilianus II. Imperator monaſterium in protectionem ſuſcipit. 77. Danielem archiep. mogunt. & Marquardum Epiſcop. Spirenſ. executores & conſervatores privilegiorum conſtituit. 78. vide *Abbatiſſa.*

Seidelhof (Sadelhof, Sedelhof) hujus vocis in antiquitate ſignificatio. T. 1. p. 224. Ulricus I. abbas Otterburgenſis curiam Seidelhof in Alſenze legitimè adquirit ſuo monaſterio. 224. 282.

Selgenſtadt ſuper oppidi hujus poſſeſſione Rudolphus Rom. Rex petit editionem tituli ab archiepiſcopo moguntino. T. 5. p. 17.

Selſenſe monaſterium per negligentiam abbatis Groets deterioratum a Friderico Epiſcopo Wormatienſi & Bernardo abbate Clingenſi viſitetur, ope & conſilio eorundem in meliorem ſtatum redigatur. T. 2. p. 80. 94. monaſterium hoc (Seltz, Saletio, Selza, Selſenſe) ordinis S. Benedicti ad Matram ſitum. 83. ab Adelheide Imperatrice & fundatrice tractum ipſi donatum multorum bonorum ab Ottone I, obtinet. 84. T. 4. p. 71. monaſterium ſoli Papæ ſubjiciebatur. T. 2. p. 85. T. 4. p. 72. habet liberam abbatis electionem. T. 2. p. 85. T. 4. p. 72. vide *Imperator Otto III. Nierſtein. Otterbach. Papa Joannes XVI. Imperator Henricus III. Sueninheim. Steinwilre. Advocati.* ex bo-

bonis hujus monaſterii trans Rhenum multa obtinuerunt Fleckenſteinii. 89. Badenſium ſucceſſores quinque cis Rhenum vicos in feudum habuerunt. ibid. Palatinus Elector advocatiam poſtremum adeptus, quæ reſtabant, cum ipſa abbatia ſeu collegiata, in quam converſa eſt, ſibi vendicavit. ibid. oppidum Selſenſe privilegiis Cæſarum inter liberas & imperiales Alſatiæ civitates relatum jam pridem poſſidebat jure pignoratitio. ibid. Ezzemannus abbas ab Adelheide imperatrice & fundatrice conſtitutus. 90. Waltherus II. abbas decimam prædii in Laubach conceſſit abbati Neoburgenſi. 92. Reginoldus abbas allodium in Eberbach Agneti abbatiſſæ Regiopontanæ in Emphyteuſin conceſſit. ibid. Conradus abbas depoſuit munus abbatiale. 93. Waltherus III. abbas compoſitionem init cum Alberone abbate novi caſtri ſive Neoburgenſi circa decimas in Laubach. 93. 9 ... abbas emit bona in Merlheim. 94. vide *Advocatia. Litensheim. Imperator Henricus II. Conradus III. Advocatus, Henricus VI. Papa Clemens III. Gregorius IX. abbas Selſenſis. Academia Equeſtris.*

Selſenſis Principatus ab Adelheide Imperatrice deſcendens diſcerptus, & nobilior ejus pars Germersheimenſi Electoris Palatini præfecturæ adjecta eſt. T. 2. p. 89.

Senheim ibi porta quædam a monaſterio monialium Comedenſi reædificanda; niſi bello fuerit devaſtata. T. 5. 457.

Servelingen ibi monaſterium uterinæ vallis cenſum unius libræ Hallenſium adquirit. T. 3. p. 299.

Servi B.M.V. vide *Schornsheim. Germersheim. Servitutes* bonis monaſterii Schönfelt, quæ obtinuit monaſterium Limburgenſe, inhærentes & monaſterio a Ludovico Comite Palatino remiſſæ reviviſcunt, ſi bona in alias manus devenerint. T. 1. p. 160. 161.

Sibeltingen ibi Sifridus miles de Meiſterſel cognomento Caput, cum conſenſu ſuorum vendit bona monaſterio uterinæ vallis. T. 3. p. 16.

De Sickingen Franciſcus magni nominis Heros fundavit clauſtrum Beginarum in Trumbach. T. 5. p. 386. vide *Beginæ*.

